ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM
ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS PRIMVS
VOLVMEN ALTERVM



MDCCCCXXV—XXVI

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG / J. GUTTENTAG, VERLAGSBUCHHANDLUNG / GEORG REIMER / KARL J. TRÜBNER / VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE EPHESENVM

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN ALTERVM

COLLECTIO VERONENSIS

MDCCCCXXV—XXVI

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG / J. GUTTENTAG, VERLAGS-
BUCHHANDLUNG / GEORG REIMER / KARL J. TRÜBNER / VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CORRIGENDA

In apparatu critico addas

p. 5, 8 iam in *F*

p. 17, 25 labores *F*

p. 18, 22 capacita *F*

p. 24, 7 *del.* nota *om.* *F*

p. 24, 9 magna] incognita *F*

p. 24, 9 seruabit *F*

p. 24, 15 præsentia *F*

p. 88, 36 consistis *F*

p. 92, 22 auctore *F*

p. 97, 9 demittamus *F*

p. 100, 30 uocamus *F*

in textu

p. 96, 10 *pro* uobis *legas* nobis

PRÆFATIO

I. DE COLLECTIONIS VERONENSIS CODICIBVS

Collectionem quam Fridericum Maassen [*Gesch. d. Quellen* etc. p. 727] secutus appellaui Veronensem, puram continet unus codex bibliothecæ capitularis [*U*] Veronensis LVII [55]. altera pars indicis qui præmittitur, et initium epistulæ Cyrilli ad Cælestinum periit propter folii quod primum sequitur, defectum; alterum folium inter 5 et 6 excidit, cf. quæ ad p. 10, 17 adnotaui. culpa mea accidit ut cum codicem phototypice exprimerem, f. 42[u] prætermitterem, cf. quæ ad p. 11, 29. 12, 14 adnotaui.

Codex in ipsa Veronæ urbe s. x nitide et diligenter scriptus est. orthographia est æui Carolingici, sed hic illic nouella irrepsit: *genitricem* etc. 40, 28. 50, 12. 33. 54, 4. 56, 31. 59, 19. 23. 25. 103, 18. 33. 104, 37. 105, 14; *intelligimus* etc. 38, 25. 47, 31. 39. 48, 27. 49, 5. 6. 9. 50, 2. 105, 28. 106, 5. 108, 1; *intelligentiæ* 47, 6; *quatinus* 33, 12. 24. 34, 39. 35, 32. 42, 1. 43, 5. 52, 40. 53, 28. 65, 6. 75, 28. 87, 14. 20. 101, 30. 102, 31. 103, 4; *diffinientur* 81, 8, *diffinire* 34, 35, *diffinitionem* 34, 18; *condempnauit* 42, 36, *dampnacionem* 98, 5; *coniuntos* 47, 21, *coniunti* in *coniuncti* corr. 48, 35. *epistola* scribi solet per *o*, nisi *ēpla* præfertur; *epistula* inueni 44, 31. 64, 5. 86, 19. abbreuiationes sunt sollemnes; satis habeo adferre *dr̄* [= dicitur] 38, 19. 39, 10; *mh*, lineola per *h* ducta [= mihi] 36, 17. 37, 23. 40, 12. 49, 29. 62, 11. 69, 9. 98, 28. præterea hæc adnoto:

æ per *æ* siue *e* uirgula addita scribitur; *e* pro *æ* non sæpe inuenitur in terminationibus uocabulorum Latinorum: *beate* 64, 13, *diuine* 89, 16, *gloriose* 101, 34, *ipse* 108, 33, *ire* 102, 31, *lucerne* 92, 7, *perfecte* 101, 27; *perfidie* 103, 23, *peregrine* 45, 35, *pie* 35, 31, *recitate* 69, 9, *unde* 90, 24; paulo frequentius in uocabulis siue nominibus Græcis: *crete* 76, 42, *cybire* 73[109], *gortune* 40, 20, *ioppe* 52, 17, *lampene* 71[60], *marie* 42, 27, *melitine* 36, 8, *pentecoste* 85, 33. in ipsis uocabulis *e* pro *æ* posita est: *egrotaret* 74[151], *emulatione* 102, 10, *equalis* 41, 35, *equalitate* 49, 13, *fenum* 97, 21, *hec* 95, 2, *adheserunt* 98, 28, *coherebat* 89, 15, *ledendo* etc. 91, 7. 37, 20, *letamur* etc. 108, 3. 92, 8, *letitia* 91, 21, *merentium* 37, 31, *merore* 44, 48. 107, 16. 108, 33, *mestitia* 100, 9, *mestam* 65, 24, *pene* 44, 48. 95, 26. 105, 29, *penitentiam* 55, 30, *peniteret* 89, 19, *predicare* 96, 10, *presidum* 93, 19, *prestant* etc. 66, 25. 82, 6. 98, 16. 99, 13. 100, 21, *quero* etc. 95, 5. 49, 12, *questio* etc. 107, 15. 56, 13, *seuit* 93, 18. non error est, sicubi in nominibus siue uocabulis Græcis αι per *e* exprimitur: *hereticum* etc. 66, 37. 34, 32. 62, 6. 65, 30. 35. 67, 14, *palestra* 92, 25. 99, 4; *greci* 57, 18; *hephestu* 73[130], *efesti* 34, 25. 39, *meandri* 71[57], *meonius* 70[23], *paleas* 72[99. 103], *palestinæ* 76, 42, *phenus* 73[119], *thessariscedecatites* etc. 69, 12. 13. 2. 4. 30, *galileæ* 50, 24, *manicheum* etc. 54, 34. 43, 22, *museus* 83[33], *nichea* 39, 12. 34, *pergeorum* 70[16]. *æ* pro *e* scribitur haud raro in aduerbiorum terminationibus: *canonicæ* 78, 38. 86, 7. 87, 13. 77, 9, *congruæ* 90, 1, *euidentissimæ* 108, 33, *falsæ* 43, 14, *impiæ* 65, 21, *peruersæ* 66, 15, *rectæ* 39, 18, *s̄cæ* 89, 13, præterea inueniuntur *luminæ* 95, 13,

quæ 108, 26, *quandoquæ* 42, 21. in ipsis uocabulis habetur *æ*: *ælecto* 89, 21, *cælebratur* 33, 37, *crædatur* 90, 11, *depræcantes* 78, 22, *conpræhendentes* etc. 65, 20. 32, 39, *conpræhensionem* 40, 7, *depræhensi* 69, 39, *repræhendentes* 84, 13, *inrepræhensibilem* etc. 104, 34. 105, 4, *inrepræhensibilitatem* 32, 2, *prætio* 97, 25, *præciosi* etc. 97, 25. 24. 48, 34. 55, 20. 24, *interprætes* 96, 24, *interprætari* etc. 63, 6. 13. 46, 25. 105, 35, *præssa* 95, 9; in uocabulis Græcis: *eclæsiis* 104, 10, *cærameorum* 28, 42, *hæracliæ* 71[46], 82 7, *hæsichius* 71[83], *lætogio* 28, 12, *nicæas* 71[38], *antiocænæ* 108, 12. *æ* per *œ* scribitur: *pœne* 52, 4. 66, 18.

e et *i* confunduntur: *deuulsa* 101, 35, *callenicus* 71[39], *themestio* 28, 38; *dispiciens* etc. 68, 37. 92, 27, *distruendum* 50, 21, *accipisse* 35, 14, *senitione* 28, 1, *thessariscedecatites* etc. 69, 12. 13. 2. 4. 14. 15. 30. 32, *sedis* extat 100, 37. η per *i* scribitur: *hellisponti* 81, 36, *diæcisi* 45, 27, *magnisiæ* 29, 23. 71[58], *melitines* etc. 44, 24. 36, 8, *proconissi* 28, 4, *callicrastis* 71[37], *diomedis* 69, 28, *hermogenis* 33, 7. 73[128], *iohannis* 35, 16. 71[47]. 73[112]. 73[121]. 73[130]. 76, 39. 82, 24. 100, 32, *melitenis* 40, 15. pro *i* geminata habetur simplex: *sisinni* 99, 9, *docimi* 78, 9, *pelusi* 73[123]. *i* condensatur in *g*: *agebat* 50, 7, *geropolitanus* 82 5, cf. *lætogio* 28, 12.

o pro *u* scribitur: *iocundum* 92, 10. 109, 22; *oponti* 35, 18.

œ scribitur per *e*: *obediens* 34, 30.

u scribitur pro *y*: *gortune* 40, 20, *prothumio* 27, 38.

h omittitur: *incoatum* 57, 19; in nominibus Græcis *ellanicus* 70[24], 27, 28, *esichius* etc. 69, 12. 10. 83[21]. 27, 27; post *c* *calcidos* 82[17], *carisius* etc. 65, 28. 66, 8. 11. 67, 1. 11. 69, 40, *cersonesi* etc. 28, 26. 27, *cytrorum* 29, 18, *crisario* 30, 35, *eucarius* 72[85], *antiocænæ* 108, 12, *amphilocius* etc. 70[12]. 27, 35, *dirracii* 27, 30, *ecinei* 28, 34, *esicius* etc. 83[21]. 69, 10, *oxyrinci* 30, 18, *promaco* 29, 1; post *t* *traciæ* 28, 3, *teodosium* 83, 24; post *p* *epipanio* 27, 36, *theopanius* 71[55], *coloponiæ* 72[78]. additur: *habundant* 108, 36, *haue* 53, 32, *honeris* 109, 31, *abhominabilem* 86, 26, *exhorta* 36, 35; *archanum* etc. 38, 10. 68, 25. 89, 16. 106, 34, *chartaginis* 65, 10, *charthaginis* 64, 5; in nominibus Græcis et peregrinis: *helias* 89, 3, *hephesenam* 98, 6, *hiconius* 40, 20. 44, 11. 70[13], *hiconii* 44, 8. 58, 11; *archadius* etc. 87, 43. 26, 7. 31, 7, *archadiopoleos* 29, 7. 72[101], *machedonio* 30, 13, *nichea* 39, 17, *thessariscedecatites* etc. 69, 12. 13. 14. 15. 4. 30. 32, *theuchiron* 30, 30. 74[161], *thimotheus* 74[170], *æthio* 90, 12. 98, 4. 74[165], *antheon* 74[165], *aristhonicus* 70[26], *cothenon* 71[53], *eusthatius* 83[23], *ptholomaidis* 30, 4, *phanos* 74[166].

hii inuenitur 66, 13. 78, 28; *hisdem* 41, 8. 93, 26.

b pro *p* scribitur: *brobantes* 37, 34.

p inter *m* et *t* non scribitur: *theopemtum* 33, 38. 34, 4. 51, 38. 40. 52, 2. 3. 12.

b pro *u* scripta futurum ponitur pro perfecto 52, 13. 96, 2; præterea cf. *ebazon* 71[61], *eboptius* 73[125]. multo sæpius *u* pro *b* scripta futurum mutatur in perfectum: 36, 34. 42, 31. 43, 31. 96, 8. 61, 27. 62, 15. 97, 7. 49, 19. 88, 8. 50, 7; præterea cf. *acerua* 101, 35, *superuiam* 65, 7 et nomina Græca: *afouio* 29, 11, *cauason* etc. 52, 12. 3. 30, 10. 33, 31. 34, 4, *oluiorum* etc. 73[140]. 30, 27. 29, *pauiscus* 74[174], *perreuius* 71[43], *theoseuius* etc. 74[177]. 70[28], *zenouius* etc. 74[162]. 74[171]. 28, 29.

ph et *f* promiscue scribuntur.

z pro *d* scribitur: *zerbæ* 28, 36, *matiziano* 29, 34.

qu pro *c* scribitur: *quur* 96, 12.

cx non inuenitur nisi 67, 36 *coniuncxit*. *exequentibus* pro *ex sequentibus* habetur 63, 13.

x pro *s* scribitur 33, 11. 15. 35 *externo*, 83[19] *exbuntis*, *s* pro *x* 69, 17 *eusenius*.

d pro *t* finali raro ponitur: *deliquid* 49, 37, *inquid* 96, 18. 106, 17, *ueluд* 63, 2. 97, 3.

ti pro *ci* scribitur: *audatiam* 87, 4. 7, *efficatius* 53, 39, *iuditium* etc. 68, 36. 84, 9. 35. 94, 30. 96, 26. 97, 15. 99, 6, *mendatium* 80, 36. 37, *prouintia* 32, 13. 14. 40, 34, *sacrifitium* etc. 43, 13. 48, 32. 83, 32, *santientibus* 103, 5, *sotiaretur* 103, 4, *solatium* etc. 100, 12. 96, 37. 107, 29, *suspitionem* 101, 26, *senitione* 28, 1, et in nominibus Græcis *acatio* 28, 2. 29, 32. 103, 11, *cappadotiæ* 28, 5. 32, 31. 34, 28. 39, 23, *nitio* 28, 22, *nunnetius* 72[92], *nunethio* 29, 31. rarior est abusus quo *ti* mutatur in *ci*: *inducias* 46, 12. 85, 28, *nunciat* etc. 59, 12. 50, 7, *adnunciamus* etc. 63, 29. 30. 48, 30, *præciosi* etc. 48, 34. 55, 20. 24. 97, 24.

consonarum geminatio neglegitur: *comune* 98, 8. semper scribitur $\overline{ecla}$, $\overline{eclasticus}$ etc. falso geminatur: *reppellantur* 91, 14. *cannonicæ* 77, 9. *thessallia* 86, 40. antiquis grammaticorum præceptis debentur et *oportunus* etc., quod sæpe legitur, et *medella* 41, 22.

si locorum summam spectas, in uocabulis quæ cum *ad con in ob sub* composita sunt, librarius præfert quidem scripturam phoneticam atque hic illic [cf. 41, 15 *adtende*, 44, 30 *adplicauit*, 41, 8 *adponens t* et *p* superscriptis] etiam corrigendo inducit, minime uero ab etymologica prorsus abstinet, cuius exempla hic propono, postquam in ipsa editione a codicis scripturis non recessi, quantum fieri poterat; nam scripturæ quales sunt *conmarium* 51, 39, *conmunionem* 57, 31, *conmunia* 41, 27, *inpietatem* 89, 39, *adtudeorum* 74[180] uitiosæ sunt. *n* retinetur ante *m*: *conmendaticiis* 65, 35, *conministro* etc. 46, 8. 35, 15. 34, 26. 52, 1. 53, 13. 64, 7, *conministratori* 41, 2, *conmoueat* 36, 17, *conmemorabo* 37, 28, *inmaculatus* 57, 35. 99, 2, *inmerito* 54, 15, *inmortalem* etc. 38, 25. 54, 10. 58, 29, *inmortalitas* etc. 58, 21. 56, 2, *inmutabilis* 47, 16. 106, 4; ante *l conloquium* etc. 52, 41. 66, 25, *conloqui* etc. 55, 14. 78, 27. 52, 19, *conlocutionem* 64, 38, *inlata* etc. 52, 25. 77, 43. 78, 7, *inlaturus* 41, 32, *inlicita* 103, 24; ante *r conrefertur* 68, 11, *inrationabilia* etc. 84, 10. 17. 18. 20. 41, *inrecusabilem* 32, 9, *inregulariter* 84, 37, *inreligiosas* etc. 86, 21. 26. 88, 9, *inrepræhensibilem* etc. 104, 34. 105, 4. 46, 30. 86, 12, *inrepræhensibilitatem* 32, 2, *inrita* 79, 14, *inruerit* 82, 20; ante *p*: *conpagibus* 107, 11, *conpatiente* 62, 36, *conpendiose* 39, 23. 36. 57, 7, *conpetit* etc. 35, 9. 64, 16. 31, 20, *conplacuisti* etc. 49, 29. 38, 6, *conplecti* 57, 26, *conpositam* etc. 66, 5. 89, 22, *conprehendit* etc. 57, 34. 65, 20, *conpræhensionem* 40, 7, *inconprehensibile* etc. 42, 11. 38, 5, *conpresbyterum* 26, 7, *conprimantur* 26, 25, *conpresso* 91, 12, *inpassibilis* etc. 38, 22. 24. 41, 13. 38. 42, 1. 56, 27. 62, 30. 106, 14. 48, 20. 57, 26, *inpassibilitatem* etc. 57, 26. 58, 31, *inpensi* 108, 29, *inpertiemus* 49, 25, *inperturbatum* 102, 25, *inpleri* etc. 43, 28. 24. 104, 19, *inpollutam* 104, 3, *inponebat* etc. 53, 4. 97, 21. 22, *inportunum* 109, 20, *inportunitates* 37, 25, *inpossibile* 34, 8. 38, 36, *inpotentia* 99, 25, *inprobari* 99, 22, *inpugnans* 109, 18, *inpune* 92, 31, *inpunitus* 80, 18, *inputabitis* 88, 35; ante *b inberbis* 81, 19, *inbui* 65, 31. *d* retinetur ante *f*: *adfectualem* 47, 40, *adferre* etc. 96, 2. 62, 38. 108, 8, *adfirmo* etc. 66, 22. 33, 13. 40, 10. 96, 29, *adflicti* 85, 34, *adfuit* etc. 93, 22. 78, 21. 81, 7, *adfuturum* 64, 31; ante *l*: *adlaturus* 34, 13, *adloquitur* 49, 12; ante *m*: *admirandum* 103, 6 et sæpius, *admiscens* 62, 31, *admisit* 96, 16, *admonere* etc. 35, 10. 34, 23. 76, 17. 94, 34, *admonitionis* etc. 36, 13. 41, 14; ante *n*: *adnuntiat* etc. 39, 6. 68, 37. 63, 29. 30. 48, 30; ante *s adscriberet* 56, 9, *adsentimus* 66, 32, *adserere* etc. 95, 33. 65, 29. 33. 82, 2. 20, *adsertio* 68, 40. 99, 3, *adsertor* 94, 7, *adsidue* 78, 24, *adsignat* etc. 26, 29. 78, 39, *adstabimus* 36, 28, *adstruxit* 92, 26, *adsumere* etc. 46, 10. 48, 13. 51, 11. 55, 2. 8. 22. 24. 56, 9. 27. 60, 11. 61, 5. 62, 4. 12. 14. 67, 30. 68, 11. 83, 34. 84, 2. 87, 7. 103, 20, *adsumptione* etc. 38, 6. 39, 5. 58, 30. 61, 6, *adsurgere* 105, 5; ante *p adpetitos* etc. 91, 2. 88, 23, *adposuit* etc. 44, 6. 41, 23, *adprobari* etc. 66, 7. 89, 3. 11. 98, 31; ante *c adclamat* 37, 2; ante *qu adquiescente* 104, 20, *adquiritur* 90, 11; ante *g adgregetur* 91, 11; ante *t adterere* 43, 7,

adtestantem etc. 42, 28. 38, *adtinet* 38, 28, *adtrahuntur* 43, 10. denique commemoro *subministrauit* 68, 25, *obprobrio* 58, 28, *subposita* 93, 27, *suptilibus* 63, 35, *suptilitatem* 86, 31. semper *quicquid* scribitur.

Ex codice qui exemplari codicis Veronensis *U* simillimus erat, recepta est collectio in eam quam F. Maassen [l. c. p. 732] Salzburgensem [*S*] appellauit, cuius usus sum codicibus duo, Vindobonensi 489, olim Salzburgensi 165 B [*w*] et Vaticano 1320 [*r*]; qui seu Veronensis seu Salzburgensis collectionis unus Baluzio et Coustant præsto erat codex olim S. Petri Bellouacensis, deinde Thuanus, illinc in Colbertinam translatus, nunc Parisinus 1457, a Baluzio Bellouacensis, a Coustant Colbertinus appellatus, adeo male habitus est, ut eum postquam Parisiis a. 1910 inspexi, prorsus abicerem. codex Vindobonensis s. XI satis diligenter scriptus multis locis ab homine ingenioso et audaci, ætatis minime recentis, correctus est, haud raro ita ut uera restituerentur, multo sæpius ut meræ inducerentur hariolationes, quas non omnes in apparatum recipiendas esse duxi. codex Vaticanus nitidissime circa a. 1500 scriptus aspectu pulcrior est quam editori utilior; scatet enim erroribus et interpolationibus, quas omisi fere omnes. hanc collectionem qui redegit, ut concilii Epheseni quam plenissimam materiem congereret, collectiones Turonensem [*T*] et Veronensem coniunxit hoc modo, quem exponere eo magis necesse est quo casu quodam infelici accidit ut Maassenii docta diligentia in nonnullos errores incideret atque ex his ipsis erroribus etiam falsa concluderet; in collectione T describenda numeris utor quos uol. IIII p. V—VII adhibui. initio ponit collector Salzburgensis T 1. 3—5. 9. 14—20; omisit igitur ea quæ in collectione Veronensi extant epistula Cyrilli ad Nestorium prima [T 2 = U XIII], epistula eiusdem ad eundem altera, Nestorii responsio, Cyrilli epistula synodica cum capitulis [T 6—8 = U XIIII. XV. XVII]; denique quattuor illas Cælestini epistulas quæ collectionis Veronensis initio [I. II. V. VI] positæ sunt. in fine ep. 1, cum ex ordine collectionis T ep. 2 perscribenda erat, adnotat collector teste codice *w* [f. 13r, *r* omisit]: *post hanc sequitur cyrilli ad nestorium quod est in gestis synodi ephesini* XIII. post epistulam T 20, quæ est sacra *curæ multæ* ad Cyrillum directa, in collectione Salzburgensi collectio Veronensis tota perscripta est ne Xysti quidem papæ epistulis duabus [XXX. XXXI] omissis. haud raro in codice Vindobonensi — *r* numeros omittit omnes — numeri non Veronensis tantum, sed etiam Turonensis, hic illic uel Turonensis solius adscripti sunt:

U V [= T 11]: XI V
U VII [cf. T 35]: IIII, *in* XXXIIII *corr.* VII
U XV [= T 7]: VII XV
U XVIII [cf. T 24]: XVIII XXIII
U XVIII 4 [= T 25]: XXIIII
U XVIII 5 [cf. T 46]: XLVII
U XVIII 11 [p. 70 1, cf. T 46]: L
U XXII [T 59]: XXII LXIII
U XXVII [T 69]: LXXIIII
U XXVIII [T 71]: LXXV XXVIII
U XXVIIII [T 72]: LXXVII XXVIIII.

Quod numeri ex T desumpti cum meis non accurate concinunt, inde explicatur quod illius collectionis numeratio antiquitus turbata esse uidetur; certe in collectionis T antiquissimo codice Parisino 1572 post XXII deficiunt usque ad XXXIII, inde iterum usque ad LVII.

Collectione Veronensi perscripta collector Salzburgensis pergit Turonensem describere, numeros iam prorsus omittendo, inde a T 30 usque ad 38, 40—45. 47—49.

60—68. 70. 73—76. omisit igitur præter sermones illos qui in T 50—58 extant, omnia quæ antea ex collectione Veronensi descripserat [T 39 = U XX. XXI, T 46 = U XVIII 5—7. XVIIII, T 59 = U XXII, T 69 = U XXVII, T 71. 72 = U XXVIII. XXVIII] neque dupliciter quicquam scripsit nisi Cælestini epistulam *spiritus sancti* ad synodum Ephesenam destinatam, quam primo separatim ex U VII desumpsit, postea ex T 35, ubi gestis inserta legitur, cf. quæ p. 22 adnotaui. quod enim Cælestini epistula ad Nestorium [U II = T 10] duobus locis plene extat perscripta, non Salzburgensis, sed Veronensis collectionis proprium est illam et in Cælestini epistulis ante synodum scriptis et in ipsis gestis, in quæ recepta est, exhibentis.

II. DE COLLECTIONIS VERONENSIS ORDINE ET FINE

Corpus synodi Ephesenæ cum epistulis quæ ad illam pertineant, se proponere collector Veronensis inscriptione profitetur quam operis indici imposuit. atque id sane cum omnibus gestorum Ephesenorum collectionibus commune habet quod materiem exhibet in tres partes distinctam, epistulas ante synodum scriptas, ipsa in synodo gesta, epistulas quæ ad pacem inter Cyrillum et Iohannem factam pertinent. sed in eis seligendis quæ in corpus suum reciperet, propositum secutus est singulare et sibi proprium. parti primæ non destinauit nisi litteras Cælestini papæ, plures tamen quam quinque illas quas et Latinas et Græce uersas ceteræ collectiones siue separatim siue gestis insertam exhibent. Cælestini epistulæ ad Nestorium adiunxit duas Nestorii [III. IIII], quas ille se dudum recepisse et Latine uertendas curasse illic [p. 7, 22. 8, 5] scribit, neque dubium est quin Nestorii epistularum uersio ea ipsa sit quæ in papæ usum Romæ confecta est. ex gestis selegit ea quæ de Nestorii depositione d. 22. m. Iun. 431 acta sunt, forma primaria gestorum in eo seruata quod aliter quam collectiones Græcæ et Turonensis epistulas quæ lectæ et in gesta receptæ erant, his ipsis locis exhibuit; in hoc tantum peccauit quod etiam primam Cyrilli epistulam gestis inseruit. proprio quoque et singulari modo post sententiam Nestorii depositionis ex gestis quæ d. 22. m. Iul. 431 acta sunt, actionem quæ dicitur de Charisio, adnexuit. omnia enim quæ illi actioni præcedunt in plenis gestis qualia Græce in Collectione codicis Atheniensis [73—75, cf. *Abhdlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXX 8 p. 28 sq.], Latine in Collectione Palatina 38 [uol. V p. 85 sq.] et in Gestis Chalcedonensibus extant, et præter hæc etiam quæ actioni ipsi de Charisio præscripta sunt, reccidit, sed temporis notationem ex his gestis in illa quæ de Nestorii depositione acta sunt, transtulit [cf. quæ ad p. 27, 11 adnotaui]. denique excerpta de Nestoriis sermonibus quæ in plenis gestis [cf. A 78 l. c. p. 31. uol. V p. 105, 1 sq.] concilii decretum secuntur, omisit utpote ex gestis de Nestorii depositione repetita, pro *quæ infra scripta sunt* interpolando *quæ etiam supra scripta sunt* [p. 70, 1]. ex ceteris gestis omisit ea quæ d. 10. m. Iul. 431 post legatorum Romanorum aduentum acta sunt, quoniam rem grauissimam, Cælestini ad synodum litteras quæ illic lectæ sunt, antea [VII] separatim perscripserat, sed recepit quæ d. 16. m. Iul. contra Iohannem Antiochenum acta sunt, cum relatione a synodo de illis ad Cælestinum missa [XX. XXI], quibus optime præpararentur epistulæ de pace. antequam tamen ad illas transiret, inseruit epistulas quattuor [XXIII—XXVI] quas Cælestinus d. 15. m. Mart. a. 432 Constantinopolim misit, unde appareret Nestorii depositionem et ordinationem Maximiani a pontifice Romano fuisse approbatas. harum epistularum tres [XXIII. XXV. XXVI] Græce uersæ et in Collectionem codicis Atheniensis [86. 87. 85] receptæ sunt. denique ex epistulis de pace nullam recepit nisi sacram imperatoris et Iohannis Cyrillique ipsas de pace litteras; adiecit duas Xysti papæ, quæ nullo alio loco seruatæ sunt, de pace gratulantis Iohannisque epistulæ amice respondentis.

Tale corpus non casu conflatum, sed ab homine prudenti certumque secuto finem compositum esse uel inde apparet quod temporis ordo accurate seruatus est. neque in obscuro reliquit quem finem secutus sit: more illorum sæculorum non exponendo disserendo commentando, sed documentis ipsis propositis probare uoluit Cyrillum et cum Nestorii damnationis auctor esset et cum pacem faceret cum Iohanne Antiocheno, curiæ Romanæ pleno assensu et auxilio prompto adiutum esse. cuiusmodi propositum prodit hominem Occidentalem, ecclesiæ tamen Orientalis sermonisque Græci non imperitum. quam enim Coustant in notis ad epistolarum Romanorum pontificum editionem [Paris. 1721] Cælestini litteris adspersit suspicionem tamquam ex Græca uersione siue retro uersis siue interpolatis, ea nullam aliam habet rationem nisi monachi Maurini iniquum de Latinitate sæculi quinti iudicium et uel inde refellitur quod in Latinis tantum codicibus temporum notationes accurate seruatæ sunt. quæ re uera in ep. v. vi ex Græca uersione interpolant collectiones Turonensis et Casinensis, eis ceteræ immunes sunt.

III. DE COLLECTIONIS VERONENSIS CVM TVRONENSI CONEXV

Quæcumque in Collectione Veronensi uersiones ex Græco extant, eæ præter ep. xxvii, quæ de integro translata esse uidetur, desumptæ sunt ex antiqua illa Gestorum Ephesenorum uersione quæ est Collectio Turonensis. uaria uero ratione collector Veronensis exemplari usus est: modo satis habuit illud transcribere raro et pauca mutando, modo plura correxit, modo totas sententias ita refudit et emendationem tam late extendit, ut noua fere euaderet translatio. duo tamen in tanta diuersitate ubique obseruantur: non nouit nouam editionem quam Rusticus non minus Ephesenorum quam Chalcedonensium Gestorum uersionis antiquæ instituit, et exemplaria Græca ipse adhibuit. quam rem exemplis undique collectis illustrare huic loco, ubi breuitate opus est, aptum non esse duxi; quando uolumen iii, quod ante hoc sexennium confeci, editum erit, cuiuis in legendo comparationem instituere commode licebit. in unam uero rem uel nunc inquirendum est, quæ ratio in eis Gestorum de Charisio partibus quæ Collectionibus Veronensi [*US*] et Turonensi [*T*] et Palatinæ 38 [*P*] communes sunt, inter has tres collectiones intercedat. si quis enim uel prima Gestorum illorum initia [cf. p. 65, 32 sq. 35 sq. 66, 1 sq. uol. v p. 96, 11 sq. 13 sq. 16 sq.] inter se contulerit, statim obseruabit *US* et *P* artius inter se cohærere, *T* sæpe ab illis ita recedere, ut eam ex Græcis correctam esse appareat. quoniam Collectionis *T* editio critica nondum extat — eiusmodi enim quæstionibus Baluziana [Nou. Coll. Conc. 1, 529 sq.] non sufficit —, pauca addo exempla:

p. 65, 30 dispensator *USP*: dispensator constitutus *T* οἰκονόμος γεγώς *Γ*
p. 66, 7 mensuram *USP*: modum *T* τρόπον *Γ*
p. 66, 12 ecclesiæ *USP*: *om.* *T Γ*
p. 66, 16/17 discipulis magis *USP*: minoribus *T* τῶν ἡσσόνων *Γ*
p. 66, 23 ipse Nestorius *USP*: ipse *T* αὐτός *Γ*
p. 66, 28/29 iustas in eum et competentes [competentesque *P*] pœnas efferre nec non etiam in eos qui ei patrocinantur et fauent *USP*: ut regularem in eum pœnam et ei fauentes inferatis *T* πρὸς κανονικὴν κατ' αὐτοῦ τιμωρίαν καὶ κατὰ τῶν αὐτὸν συγκροτούντων *Γ*
p. 66, 34 et quæso *USP*: quam rogo *T* ἣν ἀξιῶ *Γ*
p. 67, 13 quisquis.... instituitur *USP*: qui... erudiuntur *T* τούς... παιδευομένους *Γ*

p. 67, 24 ex causa operationis *USP*: causa creationis *T* αἰτίαι δημιουργίας *Γ*
p. 67, 31/32 eiusque [eius *P*] naturæ cuius et illi fuerant *USP*: hoc naturaliter existentem quod et illi fuerunt *T* τοῦτο ὄντα τὴν φύσιν ὅπερ ἦσαν ἐκεῖνοι *Γ*
p. 67, 33 nostræ naturæ consimilem *USP*: secundum nostram naturam *T* ὄντα καθ' ἡμᾶς τὴν φύσιν *Γ*
p. 67, 36 inæstimabiliter *USP*: ineffabiliter *T* ἀπορρήτως *Γ*
p. 68, 4 utpote cum diuina natura habens inseparabilem coniunctionem *USP*: tamquam inseparabilem ad diuinam naturam habens coniunctionem *T* ὡς ἀχώριστον πρὸς τὴν θείαν φύσιν ἔχων τὴν συνάφειαν *Γ*
p. 68, 4 ut [*om. P*] relatio [ἀναφορά] dei et sensus [ἔννοια] *USP*: relatione dei et sensu *T* ἀναφορᾶι θεοῦ καὶ ἐννοίαι *Γ*
p. 68, 19 primitus *USP*: principaliter *T* πρωτοτύπως *Γ*
p. 68, 20/21 deinde inducentes etiam adsumptum *USP*: coopinantes autem quod assumptum est *T* συνεπινοοῦντες δὲ τὸ ληφθέν *Γ*
p. 68, 21 filium [υ̅ν̅] *USP*: Iesum *T* ι̅ν̅ *Γ*
p. 68, 23 naturæ *USP*: naturæ consistens *T* φύσεως ὑπάρχων *Γ*
p. 68, 27 prioris *USP*: quidem prioris *T* τῆς μὲν προτέρας *Γ*
p. 68, 30 perducet [ἄξει] *USP*: habebit [ἕξει *corrupte*] *T*
p. 68, 32 similitudinem *USP*: imitationem *T* μίμησιν *Γ*
p. 68, 35 in eo apparens et in eo omnibus conspicienda *USP*: in isto quippe qui apparet et uisibilis est horum *T* ἐν τούτωι δὴ φαινομένωι τε καὶ παρὰ πάντων ὁρωμένωι τῶν *Γ*
p. 69, 34 constituta *USP*: definita *T* ὁρισθεῖσαν *Γ*

Ne tamen locos extare neges, quibus *US* cum *T* consentiat aduersus *P*, hæc afferre sufficit:

p. 66, 18 nefandissime *UST*: pessime *P* κάκιστα *Γ*
p. 66, 19 decuit *UST*: conuenit *P* προσῆκε *Γ*
p. 66, 21/22 propter causam supra dictam *UST*: ob supra dictam causam *P* τοῦ προλεχθέντος ἕνεκεν *Γ*
p. 66, 25 fidem nefandam *UST*: fidem pessimam *P* κακοπιστίαν *Γ*
p. 66, 27 religiosissimis *UST*: gloriosissimis *P* θεοσεβεστάτοις *Γ*
p. 66, 31 symbolo alterius fidei *UST*: fidei alteri *P* ἑτέραι τινὶ πίστεως ἐκθέσει *Γ*
p. 66, 34 plenissima est *UST*: plenissima integra est *P* πεπληρωμένη .... σώιζεται *Γ*
p. 67, 10 ET ALIA MANV *UST*: *om. PΓ*
p. 67, 18 uere *UST*: certe *P* ὄντως *Γ*
p. 68, 8 nam *UST*: et *P* καί *Γ*
p. 68, 15 effectus particeps *UST*: particeps *P* μετέχων *Γ*
p. 69, 36 gentilitate *UST*: paganitate *P* Ἑλληνισμοῦ *Γ*

Imprimis uero notandum quod *US* et *T* gestorum de Charisio initio, quod plenum in *P* extat, in breuius redacto contra Græca exemplaria præfigunt [p. 65, 29]: *Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit.*

Huius intricati et in utramque partem uarii conexus explicationem aliam non uideo nisi eam ut primarium et in gestis de Charisio ex ipsa Collectione Palatina paucis correctis deriuatum exemplar Collectionis T collectori Veronensi præsto fuisse coniciam, aliud in ipsis illis gestis noui et docti correctoris manum passum codici Collectionis T quo Rusticus utebatur, eisque qui nunc extant, originem præbuisse. neque mirum quod corrector ille gestis de Charisio specialem operam dederit; illa enim et propter decretum canonicum et symbolum Theodoro Mopsuesteno tributum etiam post concilium quintum iterum iterumque tractabantur.

Constat igitur collectorem Veronensem antiquissima collectionis Turonensis recensione usum esse, huic uero præcessisse collectionem Palatinam, quam eo tempore ortam esse probaui [uol. v 1 p. vii sq.], quo controuersia de tribus capitulis sæuire cœpit. unde ne Collectionem Veronensem quidem illa controuersia antiquiorem esse consequitur. neque ullo tempore magis uiguit concilii Epheseni auctoritas quam cum ab Iustiniano eiusque asseclis id ageretur ut fides concilii Chalcedonensis ad doctrinæ Cyrillianæ normam exigeretur. propter graues accusationes quæ a Theodoreto in libris aduersus Cyrillum [cf. uol. v p. 165, 30] et ab Hiba in epistula ad Marim illis temporibus tantopere conclamata contra concilium Ephesenum eiusque rectorem atque magistrum Cyrillum coniectæ erant, denique post Vigilii uacillationes fatales, quibus euenit ut Italiæ Africæque ecclesiis schismatis periculum immineret, homini Occidentali in mentem uenire poterat ut gestis Ephesenis apte selectis et cum Cælestini Xystique litteris in unum corpus compositis Occidentem doceret qua ratione Cyrillus et Nestorium uicisset et post uictoriam pacem restituisset sede apostolica Romana assensum auxiliumque præbente. consilio operique plausus non defuit. ex collectione Veronensi epistulæ Cyrilli de pace ad Iohannem Antiochenum uersionem desumpsit antiquus gestorum Chalcedonensium translator, multo plura ille qui gesta concilii quinti Latine uertit. in illius enim collatione sexta [L v 517—534 = M viiii 308—328] lecta sunt Epheseni concilii gesta inde a Cyrilli altera epistula ad Nestorium usque ad tertiam [p. 36, 4—51, 32]. quorum uersio collectionem Veronensem tam presse sequitur, ut eam in apparatum criticum recipiendam esse duxerim, præter epistulam Cyrilli synodicam [xvii], cuius uersionem liberius translator concilii quinti nouauit. ceterum huius concilii codici Parisino 16832 [*n*] et editioni Surianæ [σ] partim accedit musei Hagensis ad Comitem codex Meermano-Wetstrenianus 9 [*M*], de quo rettuli in uol. v 2 p. x. ibi enim f. 44r — f. 46u ea quæ in concilio quinto ex gestis Ephesenis relecta sunt, exhibentur hoc titulo præmisso: QVAE IN PRIMA EPHESINA SCA SYNODO HABITA SVNT PRO EPISTOLIS SCAE MEMORIAE CYRILLI; propter foliorum defectum desinit codex in p. 39, 32; cf. quæ ibi adnotaui. in codicibus Paris. 1451 olim S. Mauri Fossatensis et Reginensi 1127 olim Engolismensi qui ex *M* deriuati esse uidentur, hæc ex gestis concilii quinti excerpta desunt.

IIII. DE CETERIS CAELESTINI EPISTVLARVM COLLECTIONIBVS

Proprio merito collector Veronensis duas Xysti papæ epistulas in corpus suum recepit; quas præbet Cælestini, earum antiquior extat collectio in celeberrimo canonum decretaliumque codice Frisingensi nunc Monacensi 6243 s. viii, quam F. Maassen in libro sæpius allato p. 477 sq. descripsit. cuius collectionis pars de qua hic agitur, incipit f. 90r ita inscripta INC EPISTL SCI CELESTINI PAPAE AD ORIENTAL EPS DE CAVSA DANATIONIS NESTORII CONSTANTINOPOLITANI, secuntur sine specialibus inscriptionibus:

f. 90r Cælestini ep. ad Cyrillum *tristitiæ nostræ* [*US* i]
f. 91u Cælestini ep. ad Iohannem Rufum Iuuenalem Flauianum [*US* vi]
f. 92u Cælestini ep. ad Nestorium [*US* ii]
f. 97r Cælestini ep. ad Constantinopolitanos *ad eos mihi* [*US* v]
f. 101r Cælestini ep. ad Cyrillum *intellego sententiam* [*US* x]
f. 101u Cælestini commonitorium ad legatos [*US* viii]
f. 102r Cælestini ep. ad Theodosium augustum *sufficiat licet* [*US* viiii]
f. 102u Cælestini ep. ad synodum Ephesenam *spiritus sancti* [*US* vii]
f. 104r Cælestini ep. ad Theodosium augustum *causis suis* [*US* xxiii]

f. 106^{r} Cælestini ep. ad Maximianum [*US* XXIIII]
f. 107^{r} Cælestini ep. ad Constantinopolitanos *exultatio matris* [*US* XXV]
f. 113^{r} Cælestini ep. ad synodum Ephesenam *tandem malorum* [*US* XXVI]

Vltimæ epistulæ subscriptionem, quæ est [f. 115^{u}] EXPL EPIST CAELESTINI AD SYNODVM EPHESENAM, secuntur hæc, quæ postquam Eusebius Amort in codicis Diessensis, de quo infra agam, editione [Elementa iuris canonici t. II, Augustæ Vindelicorum 1757, p. 522 sq.] parum accurate transscripta publicauit, hic iterum edo:

INCP EXPOSITIO FIDEI CATHOLICAE PROLATA IN SYNODO A BEATO CYRILLO ALEXANDRINO EPO

qui adiutorio diuina, consensu etiam sanctæ ⟨memoriæ⟩ papæ Cælestini damnauit Nestorium eiusque heresem, quique Nestorius dum Constantinopolitanæ urbis episcopatum teneret, huiusmodi in ecclesia catholica introduxit errorem, adserens Christum Iesum filium dei, uerbum patris, dominum nostrum ita duas habuisse naturas, id est deitatis et carnis, ut neque deitas humanitati neque humanitas deitati copulata sit, sed seorsum deus et seorsum fuerit homo. deus enim non ex Mariæ uirginis utero, sed homo tantum egressus est. nam quidquid mirabiliter fecit homo, non simul operatus est qui inerat, et quidquid deus, postquam formam serui suscipiens (Phil. 2, 7) in similitudine hominum factus ⟨est⟩ et habitu inuentus ut homo, operatus est, nihil illi quam adsumere dignatus est carni reputauit. sed homo tantummodo sine deo seorsum fleuit et deus præter hominem Lazarum suscitauit; homo esuriuit, sed deus solus diabolum superauit; homo ab Iohanne in Iordane baptizatus est, sed deus dignatione propria aquas sanctificauit; homo solitarius sub Pontio Pilato passus crucifixus et mortuus est, sed deus sponte eum hominem die tertio ⟨a⟩ mortuis suscitauit. hæc et alia plurima sub prætextu cuiusdam quasi reuerentiæ ⟨dicens⟩ duas in Christum dominum nostrum personas conatur adducere et duos filios dei, id est duos Christos prædicat confiteri. sed huic et conplicibus eius restitit ille qui est unus et mediator dei et hominum, homo Christus Iesus, in quo (1 Tim. 2, 5) duæ perfectæ manentes naturæ, sed una sine diuisione uel confusione persona est, qui est Christus filius dei uiui, qui coæternus et indiuisus æqualis regnat cum patre (Mt. 16, 16) et spiritu sancto in sempiterna sæcula sæculorum.

---

3 memoriæ *addidi* 4 quique *F Diessensis* quippe *Amort* 8 maria *Diess.* 11 est *addidi* 14 iordanne *F Diess.* 16 a *addidi* 18 dicens *addidi* 23 *in fine add.* amen *Diess.*

Tum pergitur [f. 116^{u}]:

INCP INITIV CATHOLICAE FIDAEI PROLATA IN SYNODO A CYRILLO EPO

Ait ergo sanctum illum et magnum concilium etc.; est altera epistulæ ad Nestorium Cyrilli καταφλυαροῦσι pars, desumpta, sicut lectiones demonstrant, ex uersione antiqua quæ dicitur, gestorum Chalcedonensium. facile apparet titulum quem supra priore loco exscripsi, non diuersum esse ab eo qui epistulæ præcedit, et ad hanc ipsam pertinere, expositionem uero illam de Nestorii hæresi scholion esse ab homine modice docto Cyrilli epistulæ adscriptum. a Cælestini igitur epistularum collectione procul habendum est.

Totam hanc collectionem præter *F* continet codex Monacensis 5508 olim Diessensis, inutilis uero est, quoniam, sicut dixi, in hac parte ex *F* transscriptus est. diligenter utrumque codicem inter se contuli: omnes in Diessensi redeunt codicis *F* lectiones et bonæ et falsæ, multa accedunt peccata; quæ aut in scribendo aut postea in Diessensi

correcta sunt, ea ad unum omnia eidem librarii acumini deberi, quod audacter haud pauca de suo interpolauit, uel inde sequitur quod nulla codicis *F* omissio suppleta est. luculentum et deriuationis a *F* et interpolationis propriæ extat documentum p. 88,36. pro *conquisistis* habet *F con|sistis*, syllaba *qui* in fine lineæ omissa; in Diessensi redit *consistis*, sed in *consistitis* corrigitur. collectionis *F* initium extat in duobus collectionis quam Maassen [l. c. p. 471] Dionysianæ recensionem Bobbiensem [*O*] appellauit, codicibus, Ambros. S. 33 sup. s. VIIII olim Bobbiensi [*y*] et Vercellensi III s. XI [*z*]. ibi titulo præmisso INCIPIT EPLA SCI CAELESTINI PAPAE AD ORIENTALES EPOS DE CAVSA NESTORII CONSTANTINOPOLITANI [CONSTANTINOPOLITANO *z*] extant ep. 1 collectionis *F* [*US* I] sine inscriptione et ep. 2 [*US* VI] ita inscripta ITEM EPLA SCI CAELESTINI PAPAE DE EADEM RE. præcedunt in utroque codice ea Cælestini decreta quæ in collectionem Dionysii propriam receptæ sunt; has duas aliunde adscriptas esse librarius codicis *y* testatur nota marginali epistolæ primæ [*US* I] initio adscripta: *abhinc desunt epistulæ celestini in p̄fato libro p̄stito*, sc. codice collectionis Dionysianæ propriæ. et titulo et lectionibus probatur epistulas illas in codicibus *yz* ex collectione *F*, sed non ex ipso codice Frisingensi transscriptas esse.

Et librarios codicum *F* siue *FO* multa peccasse plurimis exemplis facile probari potest et collectionem ipsam ex optimis exemplaribus fuisse deriuatam. imprimis in eis quæ præter *F* in *US* tantum seruata sunt [VIII—X. XXIII—XXVI], mihi contigit ut haud pauci loci ope codicis *F* emendarentur, quos hic enumerare otiosum esse duxi. rarius hoc in eis euenisse non mirum est epistulis [I. II. V—VII], quæ præter *USF* in aliis quoque collectionibus continentur; sed uel hic præstantiæ codicum *F* seu *FO* non desunt documenta, cf. p. 8, 15 uellus *FLΣΓ*; p. 9, 29 dum *FL*; p. 10, 4 aut *FΓ* (ut *r* eandem lectionem præstaret, casu factum esse uidetur); p. 10, 25 utraque *FΓ*; p. 11, 30 si *om. FTC* et pars codicum Græcorum; p. 16, 25 elidere *FL*; p. 18, 4 credamus *Fiαδ*; p. 21, 6/7 aliud — paucis *FO*; p. 22, 15 professione *FOΓ*; p. 22, 17 ut enim *FO*; p. 24, 7 ephesi his *F*. certissime uero constat collectionem *US* non ex collectione *F* derivatam esse, sed propria opera compositam. quod eundem Cælestini epistularum numerum utraque continet, eo nihil probatur nisi præter has nullas illius pontificis litteras extitisse quæ ad causam Nestorii et concilium Ephesenum pertinebant; suum tenet ordinem collector Veronensis, suaque opera adicit Nestorii et Xysti epistulas. et hic et collector Frisingensis scrinii ecclesiæ Romanæ copiis utebantur, sed propria uterque apographa sibi comparauerunt, quorum quæ collectori Veronensi præsto erant, bonitate et fide sæpe, non semper inferiora erant eis quibus collector utebatur Frisingensis.

Ex eodem scrinio etiam tertius collector tres epistulas Cælestini desumpsisse uidetur, is scilicet qui eam collectionem composuit, quam Maassen codicis Vaticani appellauit [l. c. p. 512 sq.]. cuius collectionis [*L*] tribus illis codicibus de quibus in uol. V 2 p. VIII rettuli, Vaticano 1342 [α], Barberino 679 [β], Florentino bibliothecæ ædilium 82 [γ], in Cælestini epistulis accedit quartus Nouariensis XXX, cui post f. 96 adnexa sunt sex folia [97—102], quæ tres Cælestini epistulas continent quales habet collectio codicis Vaticani. sunt hæ:

XLVIII [sic β, XLV αγ, numeri desunt in δ; debuit scribi XLVIIII] ITEM CAELESTINI PAPE ECCLESIE ROMANE DATA AD SYNODVM IN EPHESO CONSTITVTVM [*US* VII]
L [XLVI γ] ITEM ALIA EPLA CAELESTINI PAPAE AD NESTORIVM [*US* II]
LI [XLVII γ] ITEM INCIP ALIA EPL EXORTATORIA EIVSDEM SCI CAELESTINI EPI AD CONSTANTINOPOLIM CLERO ET PLEBI MISSA [*US* V]

Codicum librarii etiam peius quam in *F* et *FO* munere functi sunt: si omnia singulorum codicum uitia adnotare deberi censuissem, labyrinthos, non apparatus criticos

lectoribus proposuissem. ipsius collectionis lectionibus ex uitiorum singularium farragine erutis hunc quoque collectorem apographis ex ipso ecclesiæ Romanæ scrinio desumptis usum esse conicias. solus salutationis formulam p. 12, 16 seruauit; quod in fine ep. v genuinam sententiam Nestorio impositam repetit, ueram epistulæ imaginem repræsentat [p. 20, 22. 23]; sunt quoque loci quibus *L* rectis collectionis *F* lectionibus adstipuletur [cf. p. 8, 15. 10, 25. 16, 25. 18, 4]. sed talia bona et admodum rara sunt et plurimis audacibus obscurantur interpolationibus; sui ingenii lusus istius collectionis auctor in his certe epistulis ostendere maluit quam modestum transscriptoris munus fideliter implere.

Hac codicis Vaticani quæ dicitur collectione usus est ille qui collectionem siue Dionysianam siue Hadrianam [*H*] multis auxit additamentis [cf. Maassen p. 454 sq.]. de codicibus Vaticano 5845 [*d*], Monacensi 14008 [*e*], Vallicelliano A 5 [*g*] rettuli uol. v 2 p. VIIII; continent easdem epistulæ Cælestini quas *L*, eodemque ordine:

XCVIII [XXXIII *d* XCVII *g*] ITEM CAELESTINI PAPE ECCLESIE ROMANE DATA AD SYNODVM IN EPHESO CONSTITVTVM [*US* VII]

XCVIIII [XXXIIII *d* CXVIII *g*] ITEM ALIA [ITEM ALIA *om. d*] EPLA CELESTINI PAPE AD NESTORIVM [*US* II]

C [XXXV *d* CXVIIII *g*] INCIPIT EPLA EXORTATORIA EIVSDEM SCI EPI CELESTINI CONSTANTINOPOLIM CLERO ET PLEBIBVS MISSA [*US* V]

De codicum uitiis singularibus eadem dicenda sunt atque de codicibus collectionis *L*; lectionibus omnium communibus comparatis statim apparet *H* ex *L* esse deriuatam. neque uero ex *L* sola; præter eam enim adhibitus est codex uersionis gestorum Ephesinorum a Rustico emendatæ [*C*], unde et uitia collectionis *L* partim certe corrigerentur et alia atque *C* propria introducerentur. rem ita se habere clarissime apparet in epistula Cælestini ad synodum [VII]; eius enim Rusticus multis locis Latinum exemplar ex uersione Græca corrupit, quarum interpolationum magna pars ex *C* in *H* transiit.

Quas hucusque tractaui collectiones, eas ex apographis e scrinio Romano desumptis deriuatas esse ratione satis certa conici potest. multo obscurius res se habet in uersione antiqua ipsorum gestorum synodi Ephesenæ. collectores gestorum Græcorum antiquitus, ut uidetur, in eam partem quæ epistulis ante synodum scriptis destinata erat, receperunt uersiones Græcas quattuor Cælestini epistularum quas et ad Cyrillum et per eum ad Nestorium, Constantinopolitanos, Iohannem Rufum Iuuenalem Flauianum direxit, eodem ordine dispositas quo extant in collectionis Veronensis initio [I. II. V. VI]; epistulæ ad concilium scriptæ eam uersionem et pessimam quidem, quæ in ipsa Romæ urbe confecta legatis a papa tradita [cf. interlocutionem Philippi presbyteri L III 612 = M IIII 1284] et in concilio relecta est, ipsis gestis inseruerunt. quarum uersionum loco translator Latinus ipsa exemplaria Latina reposuit, quibus quomodo potitus sit, certa ratione enucleari non poterit nisi postquam constiterit quo loco et tempore gestorum uersio confecta sit. huius loci non est nisi de uersionis illius recensionibus et codicibus breuiter referre.

Versionis recensio primaria extat in codice Parisino 1572 [*p*] s. VIIII; præterea adhibui codicem Vaticanum 4978 s. XIIII, spretis tamen huius interpolationibus satis multis, neque in hoc certe uolumine utile duxi editionis Contianæ, quæ ad Vaticanum proxime accedit, lectionibus enotatis apparatus critici farraginem augere. continet uersio in parte priore sub numeris X—XIII Cælestini epistulas ad Nestorium [*US* II], ad Constantinopolitanos [*US* V], ad Cyrillum [*US* I], ad Iohannem Antiochenum et ceteros [*US* VI]; titulos accurate exscriptos nunc in libello meo *Neue Aktenstücke* etc. [*Abhdlg. d. Bayr. Akad. d. Wiss.* XXX 8] p. 109, postea in uolumine tertio inuenies.

Cælestini epistula ad concilium, sicut supra dixi, non aliter quam in collectionibus Græcis, ipsis gestis [35] inserta est. de codice Berolinensi 79 quem in Cælestini epistulis Collectioni *T* attribui, in uolumine tertio accuratius agendum erit.

Hanc uersionem, ordine non mutato, denuo recensuit atque emendauit Rusticus exemplaribus Græcis et probabiliter etiam Latinis adhibitis. continetur hæc recensio in codicibus Vaticano 1319 [*v*] et Casinensi 2 [*m*], de quibus egi in uol. IIII p. XVI sq.; hic addo in prioribus Cælestini epistulis, sicut in toto codicis initio, manum correctoris recentis [m^2] in codice Casinensi sæpe inueniri, usi, ni fallor, hic illic codice aliquo collectionis Hadrianæ, plura de suo interpolare ausi. ceterum Rusticus in eo peccauit quod ex uersionibus Græcis Latina corrigere non ueritus est; modeste hoc fecit sub epistulæ VI finem [cf. p. 21, 23. 22, 5. 9. 19], grassatus uero est audacter in epistula VII. notandum uero aliqua huius interpolationis exempla in T quoque inueniri [cf. p. 22, 2. 24. 26. 23, 1. 18. 24, 18]; ueri igitur non dissimile est Rusticum non omnia suo Marte egisse, sed codicis exemplum esse secutum.

Monachii m. Martio anni h. s. XXVI

E. Schwartz

COLLECTIO VERONENSIS

U = Collectio Veronensis = Codex Veronensis LVII s. X
S = Collectio Salzburgensis
w = Codex Vindobonensis 489 s. X
r = Codex Vaticanus 1320 s. XV
U_1 S_1 = Epistula II Caelestini ipsis concilii gestis inserta in Collectionibus Veronensi et Salzburgensi
F = Collectio Frisingensis = Codex Monacensis 6243 s. VIIII
O = Collectio Dionysiana Bobbiensis
y = Codex Ambrosianus S 33 sup. s. VIIII
z = Codex Vercellensis III s. XI
L = Collectio Vaticana
α = Codex Vaticanus 1342 s. VIIII
β = Codex Barberinus 679 s. VIIII
γ = Codex Laurentianus bibl. aedil. 82 s. X
δ = Codex Nouariensis XXX s. X
H = Collectio Hadriana aucta
d = Codex Vaticanus 5845 s. XI
e = Codex Monacensis 14008 s. X
g = Codex Vallicell. A 5 s. X
T = Collectio Turonensis
p = Codex Parisinus 1572 s. VIIII
i = Codex Vaticanus 4978 s. XIIII
b = Codex Berolinensis 79 s. VIII/VIIII
C = Collectio Casinensis
v = Codex Vaticanus 1319 s. XII
m = Codex Casinensis 2 s. XIII
Σ = Acta Concilii quinti
n = Codex Parisinus 16832 s. X
σ = Editio Surii
M = Codex Meermano - Wetstrenianus 9 s. VIII

SYNODVS EPHESENA CVM EPISTVLIS SVIS IN HOC CORPORE CONTINETVR

U

15 episcopi et pbri *U*

XXI Relatio sanctæ synodi Ephesenæ ad Theodosium imperatorem de excommunicatione Iohannis et qui cum eo fuerunt

XXII Relatio sanctæ synodi Ephesenæ ad sanctum Cælestinum papam urbis Romæ significans quæ gesta sunt in ipsa Ephesena synodo

* * *

U

5 *cetera desunt propter folii defectum, suppleta sunt in codice ab homine quodam docto s. XVIII*

EPISTVLA PAPAE CAELESTINI AD CYRILLVM EPISCOPVM ALEXANDRIAE

⟨I⟩ 1 Cælestinus episcopus Cyrillo episcopo Alexandrino. Tristitiæ nostræ sanctitatis
tuæ litteræ missæ per filium nostrum Posidonium diaconum lætitiam reddiderunt et Coll. V 144
gaudium alternauimus cum mærore. cum enim respicimus et quæ dixerat recensemus
is qui Constantinopolitanam peruersis prædicationibus turbare conatur ecclesiam,
non paruo animus noster dolore concussus diuersis cogitationum stimulis uexabatur
qualiter populis possit, ut in fide persisterent, subueniri. dum uero mentem nostram
ad tuæ fraternitatis scripta conuertimus, paratum iam remedium quo pestifer morbus
salubri remedio uitaretur, inuenimus, puri fontis liquorem tuæ caritatis sermone
manantem, qui cænum omne male fluentis riui detergeret et omnibus quid de fide nostra
sentiri debeat, aperiret. ut illum ergo reprehendimus et notamus, ita sanctitatem
tuam uelut præsentem in litteris suis dominica sumus caritate complexi, cum unum
2 idemque nos sentire de domino uideremus. nec mirum est prouidentissimum domini
sacerdotem pro fidei amore ac uirtute pugnare, ut aduersorum improbæ resistat audaciæ
et sibi creditos hac ammonitione confirmet. quam ergo nobis illa fuerunt amara,
tam ista sunt dulcia; quam illa cænulenta, tam ista sunt pura. gratulamur tantam
inesse sanctitati tuæ uigilantiam, ut decessorum tuorum, qui et ipsi semper defensores
orthodoxi dogmatis extiterunt, exempla iam uiceris. uere tibi euangelicum potest
testimonium conuenire quo dicitur: pastor bonus ponit animam suam pro Io. 10, 11
ouibus suis. sed ut tu bonus pastor, ita ille nec tamquam malus potest mercennarius
accusari, qui non ideo quod oues relinquat, arguitur, sed quod eas ipse laniet, inuenitur. Io. 10, 12
3 adderemus aliquid, frater carissime, si non te eadem sentire quæ sentimus omnia uideremus et in ipsa adsertione fidei defensorem fortissimum probassemus. ingesta uero
nobis sunt cuncta per ordinem a filio nostro Posidonio diacono quæcumque de hac re
tua sanctitas scripsit. omnes tendiculas prædicationis callidæ detexisti et fidem

JK 372. extat etiam in Collectione CT XII; Græca uersio habetur in V 9 S 15 A 6

U [*inde ab* 18 dogmatis], *S* [= *wr*], *F*, *O* [= *yz*], *T* [= *pib*], *C* [= *vw*]

1 EPISTVLA — EPISCOPVM ALEXANDRIAE [alexandriæ epm *r*] *S om. FO* epla celestini pape ad cyrillum alexandrinum epm *i* cælestinus cyrillo *b* eiusdem epistula [epistula *om. v*] scripta ad archiepiscopum cyrillum in qua scribit ut optineret [obtineat *v*] eius locum in sancto concilio eo quod maris longa [et longa *p*] spatia ipse refutauerit *Cp* 2 Cælestinus — Alexandrino] carissimo cyrillo cælestinus *pi cf. Γcod.*, .. [*abscissa*] cyrillo epo alexandrine ecclesie *b om. CΓcod.* episcopus *om. O* coepo *F* scitati *bm, corr. m²* 3 possidonium *wFOTv* 4 morare *p* 5 quæ *F* perturbare *F* 6 non — uexabatur *om. O* 7 populis *om. FOΓ* 8 fraternitatis tuæ *O* quod *S* per quod *w²* 9 fontem *p* liquore *i* tuæ] mutuæ *pC* sermonem *T* 10 manentem *p* manente *bz* detegeret *SFyp* 11 sentire debeant *i* retineri debeat *b* aperire *Fy, corr. y²* 12 in *om. F* tuis *Fi* 14 uirtutem *p* purgare *F* ut] et *F om. i* 15 creditur *p* credito *b* non creditos *C* hac *om. i* monitione *F* fuerunt *Fw² i b* fuerint *SOpC* 16 sunt ista *FO* ista *b* gratulemur *p* tandem *i* 17 sanctitatis *p* 18 uiceris] diceris *F* 19 quod *FOpbm* 19/20 animam suam pro ouibus suis ponit [*y* ponet *z*] *O* 20 tu dici *b* partor *F* 21 eo *C* quod *om. pi* lanians *i* inuinietur *F* 22 aliquid *om. i* carissimi *p* 24 cuncta sunt *rb* possidonio *FOTv* 25 tendicula *Fb*

taliter, ne Christo deo nostro credentium cor in alteram partem trahi ualeat, communisti.
4 magnus fidei nostræ triumphus est et adseruisse nostra tam fortiter et aduersa sanctarum
scripturarum testimoniis deuicisse. quid agat iam, quo se ille circumferat? qui
amator impiæ nouitatis, dum mauult suo potius ingenio seruire quam Christo, sibi
creditam plebem ueneno uoluit suæ prædicationis inficere, cum et legere debuerit et
Tit. 3, 9 tenere, prauas quæstiones et quæ non proficiant ad salutem, sed ad perditionem ani-
5 marum nitantur, uitandas potius quam sequendas. sed ad præcipitia festinantem,
immo iam in præcipiti unde corruat, constitutum, si possumus, reuocare debemus, ne
ruinam eius, si non succurrimus, urgeamus. Christus deus noster, cui suæ quæstio
Luc. 15, 4. 5 natiuitatis infertur, pro una oue laborare nos docuit, uolens eam suis quoque umeris
reuocari, ne rapaci lupo pateret in prædam. et qui pro unius ouis currere salute nos
docuit, qualiter nos uult pro ipsarum ouium laborare pastore, qui officii et nominis eius
oblitus in rapacitatem lupi se ipse conuertit, gregem cupiens perdere, quem debuerat
6 custodire? quem nos a sæptis agnorum remouere debemus, si non ita ut uolumus,
Ezech. 33, 11 corrigamus. sit spes ueniæ corrigenti; malumus enim ut reuertatur et uiuat, si uitam
sibi commissorum ipse non perdat. sit certa sententia perduranti; abscidendum
cf. Mt. 5, 29 enim est tale uulnus, quo non unum membrum læditur, sed totum corpus ecclesiæ saucia-
tur. quid enim cum consentientibus faciat qui solus sibi sapiens a nostra credulitate
dissentit? sint in communione quos ipse resistentes sibi a communione submouit,
nostramque communionem habere se non posse nouerit, si in hoc peruersitatis suæ
7 tramite apostolicæ doctrinæ contrarius perdurarit. auctoritate igitur tecum nostræ
sedis adscita, uice nostra usus, hanc exequeris districto uigore sententiam, ut aut intra
decem dies ab huius conuentionis die numerandos prauas prædicationes suas scripta
professione condemnet et hanc se de natiuitate Christi dei nostri fidem tenere confirmet
quam et Romana et tuæ sanctitatis ecclesia et uniuersalis deuotio tenet. aut nisi
hoc fecerit, mox sanctitas tua illi ecclesiæ prouisura a nostro eum corpore modis omnibus
sciat esse remouendum, qui nec in se medentium curam uoluit admittere et in perdi-
tionem tam suam quam omnium sibi creditorum male pestifer festinauit. eadem
ep. 6 autem scripsimus et ad sanctos fratres et coepiscopos nostros Iohannem Rufum Iuuenalem
et Flauianum, ut nota sit de eo nostra, immo Christi nostri diuina sententia.

d. 10. m. Aug. a. 430 DAT IIII ID AVG THEODOSIO XIII ET VALENTINIANO III AAGG CONSS

U, *S* [= *wr*], *F*, *O* [= *yz*], *T* [= *pib*], *C* [= *vm*]

1 communisti *m² in mg.*, *ir Γ* commonisti *C* communuisti *p* commonuisti *UwFO* *p^corr* *def. b* 2 nostra tam] nos nostra *i* 4 magis uult suo *C* suo uoluit *pi* 6 paruas *FO* cogitationes *C* aliter quæstiones *m² in mg.* proficiunt *C* 8 precipitio *F* præceps *b* præcepti *p* corum ruat *p* 9 ruina *w^corr Ob v^corr* eius *piCΓ* huius *USFOb* non *om. i* urgueamur *vw* urgamur *b om. FO* suæ] se *p* quæstionem *F* 10 nos labore *i* quoque suis *O* suis *C* ulnis *C* quoque h umeris *m² in mg* 11 lupo — pro *om. FO* 12 pastorem *FOb* et *om. Ob* 13 rapacitate *bC* 14 quae *Fm* annorum *p* agrorum *b* 15 sitamen *b* corrigendi *m* corrigentis *p* malemus *pU* maluimus *O* 16 ipse *om. FO* 17 est enim *b* tale est *i* tale *FO* 18 cum consentibus *Fm* cum sentientibus *v* consentientibus *Oi* facit *FObΓ* 20 se *om. FO* si in] nisi *F* 21/22 nostræ sedis tecum *F* 22 nostra uice *i* hunc *F* ut *om. C* aut] ab *F* 23 ab *om. FOb* die numerandos] dinumerandos *FO* 24 domini *pi* et dei *C* 25 tenent aut *F* tenenda ut *y* tenendam [*superscr.* confirmat] et *z* ni *U* ne *b* nihil *Fy* si nihil *z* 26 a *om. F* 27 remouendus *p* quia *F* amittere *p* 27/28 perditione *F* perturbationem [uel perditionem *superscr. y*] *O* 28 credentium *F* 30 nota] nostra *p* 31 *om. b* data *UFTm* augusti *ir* VALENTINA *F* AAGG CONSTANT *F* augg conss *O* *om. USpiC*

EIVSDEM CAELESTINI PAPAE ANTE SYNODVM EPISTVLA AD NESTORIVM EPM CONSTANTINO POLITANVM

II 1 Cælestinus episcopus Nestorio episcopo Constantinopolitano. Aliquantis diebus
uitæ nostræ post nefandum et sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cælestii catholicam
fidem quies habuit, quando eos cum suæ disputationis sequacibus telo unitæ sententiæ
Occidens Oriensque percussit. denique sanctæ recordationis Atticus, catholicæ
magister fidei et uere beato Iohanni etiam ad ista successor, eos ita persecutus est pro
rege communi, ut his ne standi quidem illic copia præstaretur. mansit nos post eius
exitum sollicitudo uel maxima, cum successor suus utrum etiam in eius fidem succederet,
quæreremus, quia difficile est continuari quæ bona sunt; nam sibi sæpe alternis uicibus
aduersa succedunt. habuimus tamen post hunc, a quo eramus continuo deserendi,
sanctum Sisinnium celebratum simplicitate et sanctitate collegam eam fidem quam
inuenerat, prædicantem. legerat profecto simplex sanctitas et sancta simplicitas
timendum magis quam alte sibi esse sapiendum, et alibi, altiora scrutanda non esse, Rom. 11, 20
et iterum: si quis aliud prædicauerit quam quod prædicauimus, anathema Sir. 3, 22
2 sit. hoc tamen exeunte de sæculo, cum se sollicitudo nostra in tantum in quantum Gal. 1, 8
ei dominus permisit, extenderet, lætificauit animum nostrum uenientium narratio nun-
tiorum, quam mox firmauit eorum qui interfuerunt ordinationi tuæ relatio collegarum,
qui tibi testimonii tantum tulerunt quantum ferri huic debuit qui aliunde uidebatur
electus. tanta ante opinione uixisti, ut tuis te aliena ciuitas inuideret; tanto nunc
3 horrore uitaris, ut tui in aliis uideant qualiter fuerint liberati. dudum sumpsimus
epistulas tuas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi; erat enim in Latinum ep. 3. 4
sermo uertendus. quod cum, licet sero, facimus, sancti fratris et coepiscopi mei Cyrilli
probatissimi sacerdotis per filium meum Posidonium diaconum talia de te scripta susce- Coll. V 144
pimus quibus his qui de tua ordinatione rettulerant, perisse suum testimonium doleremus.
bonis enim principiis tuis malus, quantum uidemus, successit euentus, bonis inquam
principiis, quæ apud nos ita celebrata fuerant, ut responsum dantes ad relationem
fratrum, nos faceremus participes gaudiorum; sed considerantes nunc et querellam

---

II *JK 374. in US repetitur in ipsis Gestis* [$U_1 S_1$]. *extat etiam in Coll. CT X; Græca uersio habetur in V 10 S 16 A 7. adfertur in Gestis concilii quinti* [*L V 523—527 = M VIIII 316—321*]

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pib*], *C* [= *vm*], U_1, S_1 [= $w_1 r_1$], *L* [= αβγδ], *H* [*deg*], Σ [= *n*σ]
1/2 EIVSDEM — CONSTANT *U om. SFTC* EPISTOLA CAELESTINI EPI ROMAE [ROMAE EPI *r* EPI URBIS ROMAE σ] AD NESTORIVM $U_1 S_1$ Σ ITEM ALIA EPLA [INCIPIT *b*] CAELESTINI PAPAE AD NESTORIVM *b LH* 3 cælestinus — constantinopolitano *US* cælestinus nestorio [epo *superscr.*] constantp *F* dilectissimo fratri nestorio cælestinus *piC* $U_1 S_1$ *LH*Σ *om. b* 4/5 catholicam fidem *USFTmLH* al. littera uel am uel em *superscr. v* catholica fides $w^2 v U_1 S_1$ Σ 5 quies *USFTm LH* uel es *superscr. v* quietem $w^2 v m^2 U_1 S_1$ Σ telis *LH* unitæ contuli *S* unita w_1 unitate *L* unitatis Hm^2 6 oriens occidensque *LHΓ* 7 magister *om. US* beati iohannis *m* beatus iohannes *vH* prosecutus *H* 8 rege *USTC*$U_1 S_1$ΣΓ re *LH* relegione *F* lege m^2 grege r^2 nec δ*H* fandi *L* illi *bCLH* non *F* 9 exitus $U_1 S_1$ obitum *F* maximæ *F* suus] ipsius *LH* fide *TCLH* 10 alterius *H* 13 predicatam *F* legebat *H* simplitas *F* 14 timendum] credendum *L* altiora se LHm^2 sectanda *LH* 15 prædicamus $S_1 n$ 16 cum] quam *F* 17 ei] mei *F* dns noster *LH* concessit *C* extendere *F*β*n* animam nostram S_1 18 quam] quod *LH* interfuerant $v S_1 H$ 19 tantum tibi testimonii *C* testimonium *F* detulerunt *CH* 20 antea S_1 uideret *H* tantum *p* 21 errore $v^2 S_1 H$ in errore *v* 22 tuas epistulas Σ erant δ 22/23 latino sermo *p*β latino sermone αγ latinum sermone δ 23 uertendæ δ cum *om. L* fecimus *L* 24 possidonium *TmLH*Σ alia *C*, *corr.* m^2 25 qui *om. F*γ*d* 26 inquam] in quantum *H* 27 fuerunt $S_1 n$ relationum w_1 reuelationem *H* 28 particeps *p* nunc] nos *L*

de te prædicti fratris et interpretatas tandem epistulas tuas aperta blasphemia con-
Gal. 4, 20 tinentes, illud nobis apostolicum uidemus esse dicendum: uellem mutare uocem
meam, quia confundor in uobis. quin immo mutaui, nisi de præcipiti se reuocet
1 Cor. 5, 13 impius disputator; necesse est enim malum ex nobis ipsis, sicut præcipitur, auferamus.
4 Legimus ergo epistularum tenorem et eos libros quos illustri uiro filio meo Antiocho
reddente suscepimus. in his quidem nobis uestigatus deprehensus et tentus quodam
multiloquio labebaris, dum uera inuoluis obscuris, rursus utraque confundens uel con-
ep. 3. 4 fiteris negata uel niteris negare confessa; sed in epistulis tuis apertam non tam de fide
nostra quam de te tulisti sententiam, uolens de deo uerbo aliter quam fides habet omnium,
5 disputare. ecce [nunc] in quam de te uocamur sententiam; ecce quæ tuarum sunt
beneficia nouitatum. postquam ignoratus electus es et cognitus accusaris, iam nunc
Rom. 8, 26 cum illo gentium doctore dicendum est: nam quid oremus secundum quod
oportet, nescimus. nonne hæc ecclesiæ illi uerba conueniunt quæ probatos sibi
uiros, non notitiam tuam sed famam secuta, contempsit? inpositum est opinioni
bene de te credentium. quis enim intra ouile uellus rapacem lupum putaret abscondi?
1 Cor. 11, 19 uox est eiusdem apostoli, oportere etiam hæreses esse, ut probati manifesti fiant. aperi
2 Tim. 2, 16 Tit. 3, 9 aures tuas, et eius ad Timotheum uel Titum dictos audito sermones: quid his aliud
præcepit quam ut nouitates uitent uocum profanas? ad impietatem quippe ista
1 Tim. 1, 3 proficiunt quæ semper spinas et tribulos intulerunt. Timotheum certe etiam rogasse
se dicit ut Ephesi remanens denuntiaret quibusdam ne quis aliter prædicaret. ante
Ier. 5, 30. 31 oculos mihi Hieremiæ prophetæ uerba sunt: horribilia, inquit, facta sunt super
6 terram, prophetæ iniquitatem prophetant. hæc, dicas uolo, quasi ignota
te transeunt aut quasi nota contemnis? si quasi ignota te transeunt, non sit pudoris
rectum discere, quando timori non fuit docere peruersum; si quasi nota contemnis,
Mt. 25, 24 sq. intellege te inexcusabilem fore, cum a te commissi tibi talenti quæsiuerit ille rationem qui
per nos de hoc sancto fenore suo lucrum semper expectat. aspice quæ pœna illum
maneat qui abscondit acceptum, qui integrum certe restituit quod accepit. unde
euidenter aduerte quod sit et quale periculum nec hoc quod acceperis, reddidisse. an
Ioh. 17, 11 7 tu domino nostro dicturus es: quos dedisti mihi, custodiui, cum sic scindi in
partes audiamus eius ecclesiam? qua conscientia uiuis pæne ab omnibus in hac ciuitate
desertus? optaueram eos tunc fuisse tam cautos quam nunc sunt, cum sibi desiderant

---

U_1 *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pib*], *C* [= *vm*], U_1, S_1 [= $w_1 r_1$], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*], Σ [= *n*σ]

1 patris S_1 interpretatus *C* aperta blasphemiam *H* apertam blasphemiam *Sivm*^{2}δ apertas blasphemias Σ 2 uideamus *C* uidimus *H* uelle U_1 αβγ 3 precipitio δ præcipitiis v^2 *H*σ 4 ut malum *CH* 5 ergo] uero *F* 6 reddentes *H* redeunte *USU*$_1$ S_1 a nobis *SLH* inuestigatus γδ*Hm*^{2} tentus est αβγ *H* tentus es δ 7 labefactari *LH* utraque] ut ratio *C* 8 negata — niteris *om. L* apertum *C om. L* non tam] notam *F* de] in *L* 9 te *om. SS*$_1$ δ, *corr.* r^2, tua w^2 dei *FL* omnia *C* 10 nunc *piCHΓ om. USFbU*$_1$*S*$_1$*L*Σ uocamus *iC*δ*Hn* quæ de U_1 11 postquam ignoratus *om. US* es *om. US* et *om. LH* nunc] non w_1 num r_1 12 secundum quod] sicut *SC* 13 et ecclesiæ αβδ*H* 14 tuam *om. H* secutam *Fm*γ*n* iam positum *C* iam impositum *H* est *om. H* 15 uellus rapacem *FL*Σ*Γ* uelut rapacem *STCU*$_1$ S_1 *H* uel ultra pacem *U* 16 oportet δ*Hn* sint *H* 17 eiusdem *i* uel Titum *om. L* quid de *F* aliud his *C* 18 præcipit *USib*βδ*Γ* uitentur *S corr.* w^2 r^2 enim quippe αβγ enim *H* 20 denuntiet *L* aliquibus *i* 21 prophetæ *om. F* uerba *om. C* 23/24 pudori discere rectum *i* 24 rectum] dictum *L* timoris U_1 S_1 *LH* timore *p* peruersa *L* 25 intellege te] intellegite *pw*$_1$ *LH*, *corr.* w_1 inexcusabile *L* fore] eore *p* cum — ille *om. F* commisi *wbw*$_1$γ*Hn*, *corr. ww*$_1$ quæsierit *LHn* 26 suum αβδ*H* illo αβγ illi δ 27 integram w_1 28 auerte *m*αγ, *corr.* m^2 sit et quale] sed equale αβγ æquale *b* sit uel quale *i* uel quale sit δ hoc *om. i* acceperit *L* reddidisset β*H* 28/29 an tu] at tu *F* ante *w* anne w^2 aut ei *r* an *L* 29 domine *H* nostro] non *CH* quod *UL* quodsi *b* 30 eius audiamus *LH* audiamus *F* audimus eius *i* 31 cunctos *F* dum *i* desiderarent w^2

subueniri. unde tibi in has quæstiones uerba dirigere quas sit blasphemium cogitasse?
unde in populos hæc episcopo prædicare quibus uirginei partus reuerentia saucietur?
non debent ueteris fidei puritatem blasphema in deum uerba turbare. quis umquam
non dignus est anathemate iudicatus uel adiciens uel retrahens fidei? plene etenim
et manifeste tradita ab apostolis nobis nec augmentum nec imminutionem requirit.
legimus libris nostris non addi debere, non retrahi; magna quippe et addentem et retra- Apoc. 22, 18. 19
hentem pœna constringit.
8 Vnde cauterium paramus et ferrum, quia ultra non erunt fouenda uulnera quæ
merentur abscidi; scimus certe maiora uitia maiore semper dolore sanari. inter
multa quæ a te impie prædicata uniuersalis recusat ecclesia, symbolo ab apostolis tradito
plangimus hæc uerba fuisse sublata quæ nobis totius spem uitæ salutisque promittunt.
quod quare fiat, locuntur epistulæ tuæ, de quibus nulla dubitatio est quia eas ipse misisti; ep. 3. 4
quas in manus nostras nolueramus uenire, ne de tanti cogeremur sceleris genere iudicare.
omnium disputationum tuarum uias breuis earum sermo conclusit. extendisti te
latius, multis anfractibus circuisti; sero tamen diuerso itinere peruenisti ad impium
constitutum. scimus quid ille cauerit qui præcepit contentiones et pugnas legis esse
uitandas; sunt enim, inquit, inutiles et uanæ. quod igitur uanum et inutile Tit. 3, 9
9 iudicatur, nemo dubitet minime profuturum. itaque quamuis iam frater Cyrillus
secundis te epistulis suis asserat esse conuentum, intellegas uolo post primam et secundam Coll. V 2. 4
illius et hanc correptionem nostram, quam constat esse iam tertiam, ab uniuersitate
collegii et conuentu Christianorum te prorsus esse seiunctum, nisi mox quæ male dicta
sunt, corrigantur, nisi in eam uiam redeas quam se Christus esse testatur. male Ioh. 14, 6
in hunc arma desperatione mouisti qui te super familiam suam uelut fidelem prudentem- Mt. 24, 45 sq.
que seruum permiserat ante constitui; periit tibi huius officii beatitudo promissa. non
solum non das cibum in tempore, uerum etiam ueneno interficis quos ille suo sanguine
et sua morte quæsiuit; uenenum namque est sub tuis labiis, quæ maledictionis et amari- Ps. 13, 3
10 tudinis plena uidemus, cum contra eum qui suauis est, niteris disputare ubi est
diligentia pastoralis? pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis, mercennarius Ioh. 10, 11.12
uero est qui eas lupis, dum dimittit, et tradit. quid hic tu pastor acturus es, qui
dominicum gregem pro lupis ipse discerpis? ad quæ iam grex sanctus sæpta confugiet,
si intra ouilia ecclesiæ saucietur? qua futurus est tuitione defensus qui te patitur pro
custode raptorem? et alias, inquit dominus, habeo quæ non sunt de hoc Ioh. 10, 16

2—7 *adfert Eutyches* [*Spicit. Casin. 1, 99*

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pib*], *C* [= *vm*], U_1, S_1 [= $w_1 r_1$], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*], Σ [= *n*σ]

1 hac *Fb* qua *m* quam *v* quasi rr_1 quæ *bLH* blasphemum $w^2 r$Σ blasphemia *LH* cogitasset *bHn* 2 hæc in populo [populos *H*] *LH* episcopi UU_1S_1 episcopum *ibL* episcopis *p* 3 blasphemia Fe^{corr} blasphemiæ *L* dn̄o *C*, *corr.* m^2 4 anathema *U* plena *CH* plane *FL* plana m^2 enim *L* 5 et *om.* *USib*γσ manifesta et tradita *F* reddita *L* requirit $UwTU_1S_1$ requirunt *FrCLH*ΣΓ 6 in libris *FCLH*Γ et[1] *om.* *L* 6/7 detrahentem *CH*σ adretrahentem *p* 8 præparamus *LH* 9/10 inter multa] interim ultra *F* 10 a te] et a te *C* ætate *p* ea te *dg* ea a te *e* prædicata] iudicata *F* ab apostolis tradito *om.* Γ 12 locuntur *om.* *L* qui *F*δ 13 noluissemus *L* de te tanti *L* tanto *F* tantis *C*, *corr.* $m^2 v^2$ cogeremus *Hn* 14 eorum *S* extendis *F* 15 anfretibus *F* amfratibus *b* circumisti *LH* 16 præcipit CS_1Hσ contentiones legis et pugnas *L* 17 quod igitur] quo dicitur *F* sceleris genere] scelere *F* 18 dubitat *Fi*Γ iudicat *L* iam *om.* *mi*, *corr.* *m*, te iam βδ et etiam α etiam γ*H* 19 te *om.* *L* post hoc primam αβγ post hanc primam δ 20 hanc] istam δ nostram correptionem *C* correctionem *i* Σ iam esse *F* iter tuam *H* 21 te prorsus *om.* *L* iunctum *F* 22 se xps esse] expresse *L* 24 permisit *L* 25 inficis *US* 26 sub tuis] subtus *Fi* sub eius *b* 26/27 amaritudine *S* 27 uideamus $USFU_1S_1$Σ, *corr.* *U* est[2] *om.* $USTmU_1S_1$Σ, *corr.* *m* 28 pro ouibus suis ponit *F* 29 est *om.* *piC* ero *F* ei F^{corr} ea αβγ dum *FL* *om.* $USTCU_1S_1H$Σ 30 dispergis *CH* quem iam αβγ*n* quaenam *vH* quendam *m*, *corr.* *m* sanctus *om.* *L* dominicus *CH*Γ 31 ouile *ibL* es αβγ*n* 32 habeo oues Fw^2*LH*Σ oues habeo *SibC*

ouili, et illas oportet me adducere. ille alias se promittit adducere, tibi
pereunt quas habebas, si quidem certum sit, quotiens ista contingunt, non oues pastoribus,
sed magis ouibus perire pastores. et uocem, inquit, meam audient. quare?
ut fiat unus grex. ad illius uocem unus fit grex, ad tuam aut inficitur aut fugatur.
11 durum est ut in te de Actibus apostolorum beati Pauli uerba conueniant: ego,
Act. 20, 29.30 inquit, scio quia intrabunt post discessum meum lupi graues in uos,
non parcentes gregi, et ex uobis ipsis exurgent homines loquentes
peruersa, ut adducant discipulos post se. hæc a te aliis quam tibi dicta
uelimus; docenda enim tibi fuerant, non discenda quæ dicimus. nam quis ferat
doceri episcopum qualiter esse debeat Christianus? diligenter aspice in quam con-
dicionem uoceris: incesseris, argueris, accusaris. quid horum conuenit sacerdoti?
duris dura responsio, si tamen uicissitudo est uerbis blasphemium uindicare. an tibi
a nobis existimas esse parcendum, cum animæ tuæ ita ipse non parcas, ut omnibus
12 uelis et præteritis et præsentibus et futuris beneficium salutis auferre? persequor
Ps. 138, 22 plane boni domini mei fidelis seruus inimicos, cum propheta adserat eos odio se odisse
Deut. 13, 8 perfecto; moneor rursus, altero loquente, ne parcam. quem hic ego respiciam? cui
honoris aliquid seruem? quando agitur ut mihi totius spei meæ causa tollatur. ipsius
Mt. 10, 37 in euangelio uerba sunt domini, quibus ait non sibi patrem, non matrem, non filios,
non aliquam necessitudinem debere præponi. est enim talis frequenter pietas ex
qua nascatur impietas, cum, uincente carnis affectu, caritati illi quæ deus est, caritas
præponitur corporalis. eius intuitu aliquibus sæpe deferimus; at cum in hunc tenditur
1 Ioh. 4, 16 qui est ipsa dilectio, necesse est nec illa seruentur quorum auctor uocatur ad causam.
13 expergescere tandem, quia non sunt istæ dicendæ uigiliæ quas non exhibes custodiæ,
sed rapinæ. dormire te uelimus in hoc quod prædicas, et uigilare in hoc quod in-
pugnas; leuius certe ferremus, si in utraque dormires. nemo tibi perditus esset,
nemo quæsitus; nullo animarum dispendio mæreret ecclesia, nullo conpendio lætaretur;
satis ei esset, si hanc sponso suo ita ut susceperas, resignares. sed quid multis immoror?
1 Cor. 3, 10. 11 loquente architecto Paulo, frustra per te superædificatum aliquid quæro, in quo non
inuenio fundamentum.

14 Audio uim maximam catholice sentientes, quibus nos communicamus, clericos
sustinere, ita ut his etiam ciuitas interdicta dicatur. lætamur eos præmium con-

---

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pib*], *C* [= *vm*], U_1, S_1 [= w_1r_1], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*], Σ [= *n*σ]

1 ipsas *F* se promittit] repromittit *bL* 2 quæ *L* 3 periere *pCH* meam inquid *CLH* 4 faciat *H* unus² *om. F* fit *om. S* aut¹ *rFΓ* uero aut *LH* autem *UwTC*U_1S_1Σ 7 surgent *LH* 8 abducant *USib*U_1S_1σ a te] ante *bH* ad te *n* 8/9 dicta — tibi *om. F* 9 uellemus *UrbL* 10 docere *F* docendo *p* docendum *i* debeat esse *FibLH* xpianum βγ*H* inspice *C* 11 incesseris] arcersiris *n* arcesseris σ accusaris *om. H* quis *H* 12 blasphemium *UwFLH* blasphemum *r* blasphema σ blasphemia *C*U_1S_1 blasphemiam *w*²*Tn* 13 extimas esse S_1 æstimas esse $w_1$²*nF* existimamus esse *U* existimasse se *b* ita *om. Γ* ut] cum *L* δς *Γ* 14 tu uelis *L* persequor *FLΓ* persequar *USTC*U_1S_1*H*Σ 15 boni *om. USn* se odio *L* 16 moneor — parcam *om. F* moneo *iC*U_1β, *corr. m*²U_1 rursum *L* quæ *CL*, *corr. m*² his *S* ergo *F*β*H* 17 reseruem *CH* igitur *F*β *n* 17—p. 11, 23 ut mihi — quali- *om. U propter folii defectum* 17 mei *p* αβγ 18 dn̄i uerba sunt *CH* matrem aut pat aut filios *F* patrem nec [et δ] matrem non filios *L* patrem non matrem nec filios *H* 19 nec *H* 19—21 est — præponitur *om. F* 19 frequenter talis *bC* impietas pietas *H* 21 cum in hunc] ubi ad eum *LH* 22 in *LH* 23 tamen *L* exhibit *F* 24 uellemus *ib*βδ uoluimus *n* uolumus σ prædicas — quod *om. pi* et te uigilare *F* in] ad *SFb*U_1S_1Σ 25 leuius certe] leuius certe te σ in utroque te *n* feremus *C* [*corr. m*²] *ig* ferrimus *p* ferimus *F* utraque *FΓ* utroque *ceteri* 27 satius *TC*^{corr}*H* saucius *C* susciperat S_1 acceperas *L* acciperas *H* inmiror αβγ 29 inueni Σ 30 catholicos *SFbm*²U_1S_1*Ln* clerice *S*, *corr. w*² 31 ita — his] quibus *L* interdicta ciuitas *L*

fessionis adquirere, sed dolemus quod episcopo persequente. beatus apostolus Paulus
persecutorem prædicatore mutauit; nefas est maximum prædicatorem persecutore
15 mutatum. digere in numerum retro hæreticos qui huiusmodi quæstiones ecclesiis
intulerunt. quis umquam de hoc certamine uictor reuertit? habes certe tuæ
ciuitatis exemplum: Paulus ciuis Samosateus occupata Antiochena ecclesia cum aliqua
prædicaret, collegit suorum seminum messem. reliquos inuentores malorum ecclesiis
occupatis sententiæ censura semper non dispar eiecit; hos quoque hæreticos de quibus
nos, uelut eorum quæ gesta sunt nescius, consulere uoluisti, sedibus suis iniusta dicentes
expulit iusta damnatio. quos illic inuenisse requiem non putamus esse mirandum;
inuenerunt enim impiam prædicationem, cuius conparatione se existiment innocentes.
16 hoc loco, quia oportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus quod stupemus.
legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asserueris debi-
tricem et eum debitum merito reddere qui descenderit de genere debitoris. quid
tecum faciunt qui sunt hæc negando damnati? numquam sine suspicione ea quæ
sibi sunt aduersa, conueniunt; eicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent.
cur tamen nunc ea quæ in hos tunc sunt acta, quæruntur, cum certum sit illinc ad nos
catholico tunc antistite Attico gesta directa? cur non sanctæ memoriæ Sisinnius
ista quæsiuit? quia utique sub decessore suo probauerat eos iure damnatos. de-
fleant infelices spe se hominum fuisse deceptos, quibus iam potuit propter communionem
solam pænitentia subuenire. ecce scire de his incipis, si qua ante nescisti; causam
tuam magis modo quam aliorum catholica et festina deliberatione curato, quia con-
uenienter dicimus: medice, cura te ipsum, qui aliis desideras subuenire. ægritu- Lc. 4, 23
17 dinis tuæ qualitas non recipit aut præstari permittit indutias. Alexandrinæ ecclesiæ
sacerdotis fidem et probauimus et probamus, et tu ammonitus per eum rursus senti
nobiscum, si uis esse nobiscum. cui fratri si a te præbetur adsensus, damnatis omnibus
quæ huc usque sentisti, statim hæc uolumus prædices quæ ipsum uideas prædicare.
nos contra fas etiam sacerdotes uolumus esse correctos; quibus ut præmissa conuen-
tione consulimus, ita in hos necesse est damnationis sententiam, si abutuntur nostra
salubri ammonitione, firmemus. hoc tamen erit post damnationem praui dogmatis
plenum correctionis indicium: reuocentur omnes ad ecclesiam qui propter Christum
caput eius uidentur exclusi. reuocentur omnes, quod nisi fiat quod dicimus, eiciendus
eiecit. quamuis in nostra communione sunt isti in quos talis cognoscitur extitisse.

U, *S* [*wr*], *F*, *T* [*pib*], *C* [*vm*], U_1 [*usque ad* 29 salubri], S_1 [$w_1 r_1$], *L* [αβγδ], *H* [*deg*], Σ [*n*σ]

1 dolemus epm persequentem *L* sequente *S*, *corr.* w^2 paulus de *F* 2 p̄dicatorem *S* [*corr. w*], $Fimr_1Hn$ in predicatorem *v* *om.* αγ persecutorem *SFLHn* in persecutorem w^2 3 mutato *F* degere *rL* retro hereticorum δ hereticorum *r* retro hære w_1 retrahære w_1^2 retrahere r_1 ecclesiæ *LH* *cf.* *Γ* 4 euertit *C* [*corr.* m^2] reuertitur $SFibm^2U_1S_1\delta e\Sigma$ 5 de paulo samosatheo paulus *b* ciues *SpC* [*corr.* v^2m^2] $U_1w_1\delta H$ samosatenus $m^2vLH\Sigma$ occupat *C*αβ occupans m^2 anthiocensæ ecclesia *F* antiochenam ecclesiam *C* ecclesia antiochiæ *LH* 7 occupatos *L* sententia *F* *om.* *L* eicit *F*α*g* exsegit *b* 8 nescio *F* honestius *H* 9 inuenisset *H* 10 cui comparationi *F* *cf.* ὅτε ἐν [= cum in] συγκρίσει *Γ* extiment *F* æstiment *H* 11 quos *H* 13 debitum *om.* *L* 14 damnationum quam *F* suspicionem *Fn* ea] hæ *w* hæc *r* his *FbL* qui *L* 15 sibi *om.* *F* 16 cur] qui *L* etiam nunc *L* cum] tunc *L* ad] a αβγ 17 a catholico *LHΓ* tunc *om.* *L* 18 iuste *r*Σ 20 solum *L* sola $SFiU_1S_1e\Sigma$ incipies *F* 22 quia *H* 23 recepit *p* præsta si *F* præ-stare *LHn* 24 sacerdoti αβγ rursum *L* 25 si — nobiscum *om.* *C* [*in mg. add.* m^2] *dg* frater *CHI* frs β debetur *L* adsensio *L* 26 sentisti *FCLn* sensisti $USTU_1S_1H\Sigma$ uel sensisti *superscr.* m^2 statim *om.* *L* 27 contra fas] et quod contra fas est $USU_1S_1\Sigma$ correptos *Hn* sicut *LH* pro-missa *Fm* 27/28 correctione *C* 28 consulemus wFS_1 consulamus $w^2\alpha$ in *om.* *pL* ut *F* hoc *Ln* nos σ est etiam *F* si] sibi *L* 30 iudicium *F* reuocentur *FTC* si reuocentur $USS_1LH\Sigma$ *utrumque in* *Γ* *codicibus* 31 quod[1]] quos *FwbC* eiciendos *Fb* uel eiciendos *superscr.* m^2 eiciendo *m* 32 eicit $FrbmS_1$ sint *riL* cognosceris *bΓ* agnoscitur *C*

18 Ad clerum quoque ecclesiæ Constantinopolitanæ uel omnes qui censentur nomine
ep. 5 Christiano, qualia necessitas exigit scripta direximus, ut si in peruersæ disputationis obstinatione persistis nec hæc quæ frater Cyrillus nobiscum prædicat, prædicaris, a nostro collegio, cum quibus tibi non potest esse communio, te intellegant separatum, scituri et exemplo iam cauti qualiter animæ suæ decocto et maturo iudicio debeant prouidere. aperte igitur hanc nostram scias esse sententiam, ut nisi de deo Christo nostro ea prædices quæ et Romana et Alexandrina et uniuersalis ecclesia catholica tenet, sicut et sacrosancta Constantinopolitanæ urbis ecclesia ad te usque optime tenuit, et hanc perfidam nouitatem, quæ hoc quod uenerabilis scriptura coniungit, nititur separare, intra decimum diem a primo innotescentis tibi huius conuentionis die numerandum aperta et scripta professione damnaueris, noueris ab uniuersalis te ecclesiæ catholicæ communione deiectum. quam formam ad te nostri iudicii per memoratum filium meum Posidonium diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memoratæ Alexandrinæ urbis antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius rettulit, destinaui, ut agat uice nostra quatenus statutum nostrum uel tibi uel uniuersis fratribus innotescat, quia omnes debent nosse quod agitur, quotiens omnium causa tractatur.

Et alia manu: Deus te incolumem custodiat, frater karissime.

d. 10. m. Aug. a. 430 DAT̄ IIII ID̄ AVḠ THEODOSIO XIII ET VALENTINIANO III AVḠḠ CONS̄S̄

INCIPIT EPISTVLA NESTORII AD CAELESTINVM PAPAM VRBIS ROMAE

III 1 Loofs Nestoriana p. 165, 10-168, 14

Fraternas nobis inuicem debemus collocutiones, ut una inter nos secundum * optinente concordia pugnaturi diabolum pacis inimicum. quorsum hoc anteloquium? Iulianus quidam et Florus et Orontius et Fabius, dicentes se Occidentalium partium episcopos, sæpe et piissimum et prædicatissimum imperatorem adierunt ac suas causas defleuerunt tamquam orthodoxi temporibus orthodoxis persecutionem passi; sæpe eadem et apud nos lamentantes ac sæpe reiecti, eadem facere non desierunt, sed insistunt per dies singulos implentes aures omnium uocibus lacrimosis. his quidem ad eos sermonibus quibus oportuit, usi sumus, et cum negotii eorum ueram fidem nesciremus; sed quoniam apertiore nobis de causis eorum notitia opus est, ne piissimus et Christianissimus

---

U, *S* [*wr*], *F*, *T* [*pib*], *C* [*vm*], U_1 [*inde a* 14 antistitem], S_1 [$w_1 r_1$], *L* [αβγδ], *H* [*deg*], Σ [*nσ*]

1 quoquo *F* ecclesiæ *om. L* qui *om. L* 2 qualia] qui alia *dg* quia alia *e* exegerit *b* postulauit *LH* ἀπήιτησεν *Γ* 3 prædicat nobiscum *H* prædicaueris *ivLH* uel p̄dicas *superscr. m*² *om. b* 5 et¹ *om. pi* maturato *LH* 6—12 aperte — deiectum *hanc sententiæ formam epistulæ* V *subter adnectunt LH*; *uarias lectiones sub siglis* L_1 H_1 *hic adnotaui* 6 a parte *F* aperta αβ*e* apertam γ agnosce hanc nostram esse H_1 deo] domino *H* 7 eas *p* ea esse *i* prædicis *F* et¹ *om.* LHL_1H_1 et² *om. S* catholica *om.* L_1H_1 7/8 tenet — ecclesia *om.* H_1 8 s̄c̄ā LL_1H_1 ecclesiæ *Ln* a te usque αβ ad eius quæ, *in mg. ante hæc ins.* huc usque γ ad te huc usque *i* et *om.* L_1H_1 9 profidæ *b* perfidiæ *F* per fidem δσ perfidiam $β_1H_1$ niteris $α_1β_1γ_1H_1$ separari H_1 10 decimam H_1 innotescenti L_1 H_1 die numerandum L_1 δσ diem numerandum $UFvS_1$αβγ*Hn* die numerando *b* diem numerandus H_1 dinumerandum *w*²*rm* denumerandum *wpi* 11 deposueris aperta L_1H_1 confessione *LH* noueris L_1 noueris te H_1 *om. ceteri* te *om.* H_1 12 fratrem *L* 12/13 possidonium *Tm*²*vLH*Σ, *om. m* 13 memoratum *L* 14 a nos *p*αβ*e* super] per *pi* ipso *om. Lσ* 15 statum *Sibn* uel statutum *L* 16 omnium *om. C* huiusmodi *in mg. m*² omnis *L* αβγ testatur *L* 17 Et alia — karissime *LH om. ceteri* 18 DAT̄ — CONSS *om.* Σ*Γ* DATA *FimLH* iduum [īd *p*] augustarum pU_1S_1 idus augusti *i* theodosii *H* XIIII *F*αγ quartodecimo *H* et ualentiniani *H* tertio *be* TER UU_1w_1 *om. C* [III *in mg. add. m*²], α AVḠḠ αβ AVḠ γδ augusti *H om. ceteri* CONSVLES α*H om.* $UTCU_1S_1$

U, *S* [= *wr*]

20 *lacunam agnouit Garnier supplendo* scripturas, *malim* fraternum animum 21 inimicum debellemus *w*² quorsum *w*² corsum *U* cursum *S* 23 prædicantissimum *U*

imperator noster molestiam sæpe ab his sustineat nec nos ignorantes eorum causas circa negotii defensionem diuidamur, dignare nobis notitiam de his largiri, ne uel quidam ignorando iustitiam ueritatis importuna miseratione conturbent uel ⟨post⟩ canonicam indignationem beatitudinis tuæ, quæ contra eos pro sectis religionis forte probata est, aliud quidam quam hoc æstiment. nam sectarum nouitas multam meretur defensionem
2 a ueris pastoribus. unde et nos non modicam corruptionem orthodoxiæ apud quosdam hic repperientes, et ira et lenitate circa ægros cottidie utimur. est enim ægritudo non parua, sed adfinis putredini Apollinaris et Arrii, dominicam enim in homine uisionem ad cuiusdam contemperationis confusionem passim commiscens, adeo ut et quidam apud nos clericorum, alii ex imperitia, alii ex hæretica fraude in se olim celata, qualia plurima et apostolorum temporibus contigerunt, tamquam hæretici ægrotent et aperte blasphement deum uerbum patri omousion tamquam originis initium de Christotoco uirgine sumpsisset et cum templo suo ædificatus esset et carni consepultus, carnemque dicant post resurrectionem non mansisse carnem, sed in naturam transisse deitatis. ut in compendio dicam, deitatem unigeniti ad originem coniunctæ carnis referunt et conmortificant carni, carnem uero coniunctam deitati ad deitatem transisse blasphemant ipso uerbo deificationis, quod nihil est aliud nisi utrumque corrumpere. sed et uirginem Christotocon ausi sunt cum deo quodam modo tractare diuine; hanc enim theotocon uocantes non perhorrescunt, cum sancti illi et supra omnem prædicationem patres per Nicæam nihil amplius de sancta uirgine dixissent nisi quia dominus noster Iesus Christus incarnatus est ex spiritu sancto et Maria uirgine. et taceo scripturas quæ ubique uirginem matrem Christi, non dei uerbi et per angelos et per apostolos prædicarunt. propter quæ quanta certamina sustinuimus, æstimo famam præcedentem docuisse beatitudinem tuam, hoc quoque attendentem quod non frustra certauerimus, sed emendati sunt gratia domini multi ex his qui peruersi erant, discedentes a nobis, quia proprie ** parienti omousios natiuitas; cui uero commissa est illa in homine uisio, creatura est humanitatis dominicæ deo coniunctæ ex uirgine per spiritum. si quis autem hoc nomen theotocon propter natam humanitatem coniunctam deo uerbo, non propter parientem proponat, dicimus quidem hoc uocabulum in ea quæ peperit, non esse conueniens (oportet enim ueram matrem de eadem esse essentia ⟨et⟩ ex se natum), ferri tamen potest hoc uocabulum propter ipsam considerationem [et] quod solum nominetur de uirgine hoc uerbum propter inseparabile templum dei uerbi ex ipsa, non quia ipsa mater sit dei uerbi; nemo enim antiquiorem se parit.

3 Hæc quidem existimo præcedentem famam significasse, exponimus uero etiam nos quæ contigerunt, ut rebus ostendamus quia fraterno animo negotium eorum quos prædiximus, nosse cupimus, non desiderio curiositatis importunæ, cum et nostra narramus tamquam fratres fratribus, ueritatem sectarum nobis inuicem publicantes, ut sit mihi

---

25 *adfert Cassian. de incarn. dom. c. Nest.* 7, 3^1: homousios parienti debet esse natiuitas *cf. Concilstud.* *1*,6
33 *adfert Cassian.* *2*, *2*[1]; *aliis locis* *7*, *2*[1]. *4*, *2*[2]. *5*, *1*[1] nemo anteriorem se parit *cf. Concilstud.* *1*, 6

U, *S* [= *wr*]

1 nec *U* non *S* post *addidi* 5 multum *S* 8 enim] *aut delendum aut malo translatoris stilo tribuendum* 10 clericorum *scripsi* clerici quorum *US* qualia *Garnier* qua *US* quam U^{corr} 13 sumpsisse *US* 14 dicant *scripsi* dicunt *US* mansisse *U* miscuisse *S* 15 et deitatem unigeniti et *S* 18 cum deo quodam modo *scripsi* cum modo quodam dō *US Nestorium scripsisse* συνθεολογεῖν τινα τρόπον τῶι θεῶι *cognouit Loofs* 19 cum w^2 *om. US* prædicanerunt *w* 25/26 proprie ** parienti *scripsi e. g.* nomen theotocon de sancta uirgine dici reicimus. esse enim debet proprie *supplendo cl. Cassian.* *7*, 3^1 propria et parient *Uw* propria parient *r* propria ex pariente w^2 26 omusios *US* uero *scripsi* uiuere *US* 28 parientem *Coustant* parentem *US* 28/29 proponet *S* 30 et *addidi om. US* nati w^2 31 et *del. Loofs* 32 inseparabilem *w* 35 ut *U om. S* 36 nostram *US*

principium litterarum uerissimum; dixi enim, cum has litteras inciperem, quia fraternas nobis debemus inuicem collocutiones.

Omnem quæ tecum est in Christo, fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus.

EXPL PRIMA AD CAELESTINVM PAPAM INCIPIT NESTORII EPISTVLA SECVNDA AD EVNDEM

IIII

Loofs, Nestoriana p. 170, 3-172, 5

Sæpe scripsi beatitudini tuæ propter Iulianum Orontium et ceteros, qui sibi usurpant episcopalem dignitatem et creberrimam aditionem apud piissimum et prædicatissimum imperatorem faciunt nosque concidunt frequentibus lamentationibus, tamquam temporibus orthodoxis de Occidente proiecti. et huc usque scripta de his a tua ueneratione non suscepimus; quæ si haberem, possem eis respondere daremque compendiosum responsum luctibus eorum. nunc enim ab incertis dictis eorum non habeat quis ad quod se conuertat, aliis hæreticos eos uocantibus et ideo de Occidentalibus partibus proiectos esse dicentibus, ipsis uero iurantibus calumniam se sustinuisse et periculum pro orthodoxa fide ex subreptione perpessos, quorum utrumuis certum sit, nobis grauis est ignorantia. nam condolere eis, si uere hæretici sunt, crimen est; et iterum non condolere, si calumniam sustinent, durum et impium est. dignetur igitur amantissima dei anima tua informare nos, qui ad utrumque momentum huc usque diuidimur, id est et ad odium et ad miserationem eorum, doceri autem uolumus quam de his sententiam teneamus; defecimus enim eosdem uiros per dies singulos dissimulantes spe et expectatione beatitudinis tuæ.
2 non est enim, o uenerandissime, sicut nosti, res uilis discussio piæ sectæ, nec parua est probatio eorum qui hoc agunt. multus enim etiam nobis labor hic celebratur, dum elaboramus eruere sordidissimam impietatem pessimæ opinionis Apollinaris et Arrii de ecclesia dei. nescio enim quemammodum quidam de ecclesiasticis quandam contemperationis imaginem ⟨de⟩ deitate et humanitate unigeniti accipientes ægrotant ægritudine prædictorum hæreticorum, dum et corporis passiones audent superfundere deitati unigeniti et immutabilitatem deitatis ad naturam corporis transisse confingunt et utramque naturam, quæ per coniunctionem summam et inconfusam in una persona unigeniti adoratur, contemperationis mutabilitate confundunt, cæci, qui nec sanctorum illorum patrum expositionem meminerunt, aperte ad eos reclamantem: credimus in unum dominum Iesum Christum, filium dei, incarnatum ex spiritu sancto et Maria uirgine. ** hæc enim uox in nomine quod significat [ad] utramque naturam, id est Christo et ** deitati patris omousius, humanitas uero posterioribus temporibus nata sit ex sancta uirgine, quæ propter coniunctionem deitatis ab angelis et hominibus simul
3 colitur. eum ergo qui hic propter sectarum puritatem tot laboribus fatigatur, considera quid iterum pati necesse est, si negotium prædictorum uirorum nesciat timeatque nimis ne additamentum hæreticorum per ignorantiam hic positis faciat. unde rogo ut undique studiosum sit sanctæ animæ tuæ donare notitiam prædictorum uirorum,

---

U, *S* [= *wr*]

3 ego *U*corr *om. US*   4 EXPL — EVNDEM *U* EXP PRIMA INCIP NESTORII EPLA SECVNDA *S*   6 prædicantissimum *Ur*   9 suscepimus *Uw*² suscipimus *S*   10 habeat *scripsi* habeo *US*   quis] quid *r* quod *in* quid *corr. w*²   13 perpessos *w*² perpessis *US*   14 condolere *w*²*r* cum dolere *U* cum dolore *w*   16 momentum *Baronius* nomen tuum *US*   18 spectatione *US*   21 eruere *S* erudire *U*   23 de *addidi*   26 utraque natura *US*   28 reclamantem *scripsi* reclamantes *US*   30 *lacunam statui*, *exciderunt quae Nestorius de* χριστοτόκος *proponebat*   ad *del. Baronius*   31 xpo *Uw* xpi *r*   *lacunam agnouit Loofs, suppleuerim e. g.* deitatem et humanitatem in unam adorationem coniungit, cum deitas sit   33 pluritatem *w*²   33/34 considera *Garnier* considero *US*   35 faciat *r* faciant *Uw*   rogo *Ur* ergo *w*

maxime cum litterarum sequester fidelissimus Valerius cubicularius possit beatitudini tuæ aperte exponere molestias eorum.

Omnem in Christo fraternitatem quæ tecum est, ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus. EXPL

EPISTVLA CAELESTINI PAPAE PRESBYTERIS DIACONIBVS CLERICIS ET PLEBI CONSISTENTIBVS CONSTANTINOPOLIM ANTE SYNODVM

V 1 Cælestinus episcopus presbyteris diaconibus clero [dei seruis] et plebi consistentibus Constantinopolim, dilectissimis fratribus, in domino salutem. Ad eos mihi qui faciunt ecclesiam, locuturo det apostolicus sermo principium, ut sancti discipuli prius audiant illius qui prædicauit gentibus, uerba doctoris. præter illa quæ sunt, inquit, extrinsecus, instantia mea cottidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. et rursus: quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? ita et nos, licet longe positi, ubi peruersitate doctrinæ cognouimus nostra membra lacerari, paterna sollicitudine nos urente pro uobis, alieno flagrauimus incendio, licet inter ecclesias dei, quæ in unum Christi thalamum ubique referuntur, 2 Cor. 11, 28. 29

2 nihil longe sit, nihil censeatur alienum. cum ergo nostra uiscera sitis, iure trepidauimus ne fidem uestram, quæ ubique prædicatur, a tramite ueritatis insinuatio male docentis auertat. nam Nestorius episcopus de uirgineo partu et de diuinitate Christi dei saluatoris nostri, uelut eius reuerentiæ et communis omnium salutis oblitus, nefanda prædicat, uitanda persuadit, sicut et eius scripta ad nos ab ipso cum propria suscriptione transmissa, sicut etiam relatio sancti fratris et coepiscopi mei Cyrilli per filium meum Posidonium diaconum ad me missa patefecit. quibus omnibus recensitis, magnam uitandamque peruersitatem impiæ prædicationis inuenimus. humanam enim in Christo nostro discutit diuinamque naturam, nunc solum hominem, nunc ei societatem ep. 3. 4 Coll. V 144

3 dei, quotiens tamen dignatur, adsignans. sed nos, sicut Hieremias ait, talium prophetarum uanos non possumus audire sermones. audiat Ezechielem, et quid sibi Ier. 23, 16

V *JK* 375. *extat etiam in Coll. CT XI*; *Græca uersio habetur in V 11 S 17 A 8*

U, *S* [= *wr*]

2 aperte *U* per te *S*

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

5. 6 EPISTVLA — SYNODVM *U* EPISTOLA PAPAE CAELESTINI AD PPBB DIAC ET [presbiteris diaconibus, et *om.*, *r*] CLERICIS ET PLEBI CONSISTENTIBVS CONSTANTINOPOLIM *S om.* *F* ITEM INCIP ALIA EPL EXORTATORIA EIVSDEM SCI EPISCOPI CAELESTINI AD CONSTANTINOPOLIM CLERO ET PLEBI MISSA *L* Incipit epistula exhortatoria eiusdem sci episcopi cælestini constantinopolim clero et plebibus missa *H* eiusdem cælestini episcopi [episcopi *om.* *T*] epistula [*om.* *v*] scripta [*om.* *i*] ad clerum et populum constantinopolitanum [*huc usque i*], in qua eos monet ut non respiciant prauam nestorii doctrinam, sed magis ad orthodoxam fidem [fidem *om.* *C*] q[illegible] ab initio perceperunt a sanctis apostolis et euangelistis. insuper scribit communicatores esse omnes [esse omnes suos *in* suos esse omnes *corr.* *v*] contradicentes nestorio et expulsos ab eo *TC* 7 episcopus *om.* *F cf.* *Γ* presbyteris et *TC* diaconus *w*, *corr.* w^2 diaconis *L* clero *FΓ* cleri *T* clericis *UC* et clericis *S om.* *LH* dei seruis *TΓ* et dei seruis *C* dei famulis *H* et dei famulis *L om.* *USF* et *om.* *F* plebi *USF* catholicæ plebi *LH* catholico populo *TC* καθολικῷι λαῷι *Γ* consistentibus *US* consistenti *LH* consistente *F* degentibus *TC* 8 dilectissimis — salutem *om.* *US* dilectissimis fratribus *om.* *F* qui mihi faciunt *i* qui faciunt mihi *m* 9 apostolicus det *L* 10 inquit *om.* *FL*, *corr.* *F* 12 rursum *L* quid *F* ego *om.* *USF*βδ, *corr.* $U^2 w^2$ 13 ubi *om.* *L* prauitate *L* cognoscimus *L* 14 urguente *L* nobis *m*γ 14/15 alienum — incendium *T* 14 fraglauimus *U* fraglabimus *C* flagitauimus *i* flagramus *L* 16/17 trepidamus *F* 17 insinuatione *L* 19 communionis *F*αγ oblitus est *p* 20 persuadet *USi*δ scripta] epistula *LH* 22 possidonium diaconum *TC* diaconum possidonium *LH* 23 impii *F* nostro *om.* *Γ* solum eum hominem *LH* eis *C* et *e om.* *dg* 26 non possumus uanos *LH* possimus *F* audiat *FC*δ audiet β audi α*γH* audiat et *UST* et *om.* *p*

Ezech. 13, 9. immineat, recognoscat. extendam, inquit, manum meam super prophetas
10 qui uident mendacia et locuntur uana. in populi mei non erunt
disciplina neque in scriptura domus Israhel scribentur et in terra Israhel
non intrabunt, quia populum meum seduxerunt. ubi est debita erga
sanctum gregem cura pastoris? ubi est dominicorum sollicitudo sæptorum? quid
spei habeat grex, quando lupum se ipse pastor ostendit et sic oues inuadit, ut grassetur
in singulas? eo namque ore laniantur, quo impia proferuntur. præbentur pabula
non refectura, sed noxia; beatus tamen grex, cui dedit dominus de pascuis iudicare.
4 unde, sicut uos facere non ambigimus, impiam disputationem debet fides uestra respuere,
ut apud uos uigilantes in Christo inter cibum et uenenum sit certa discretio et permaneatis
in his quæ sermone superiorum pastorum docente didicistis, scientes fuisse uobis hactenus
sacerdotes magisterio et sanctitate pollentes, qui numquam a paternis traditionibus de-
5 uiantes ecclesiam domini summa quiete rexerunt. nam ut a recentioribus inchoemus,
quid non animis uestris eruditio sanctæ memoriæ episcopi Iohannis infudit? cuius sermo
astruens catholicam fidem toto orbe diffusus est, qui nusquam per doctrinam suam
defuit, quia ubicumque lectus est, prædicauit. illius diligenti prudentiæ constantia
celebrata successit; rexit enim sanctæ memoriæ episcopus Atticus Christianum populum
decessoris exemplo et sacrilegos persecutus est hæreticorum furores. habuimus,
hoc decedente, collegam beatæ memoriæ Sisinnium, scientem quid possit gloriæ remanere,
si integra et intemerata quæ ad se usque peruenerant catholicæ fidei ornamenta seruaret.
Mt. 10, 16 intelleximus ei nec columbæ simplicitatem nec prudentiam defuisse serpentis. fleui-
6 mus, fratres carissimi, uelut præscii futurorum, cito uos eius præsidio destitutos. in
hoc enim, qui de deo nostro aliter disputat quam ipse de se, quam de ipso apostoli tradi-
cf. Ezech. 34, derunt, quid spei inueniamus, ignoro; qui non solum adtritos non alligat, sed et atterit
4 alligatos; non solum elisos non eleuat, sed etiam stantes conatur elidere; non solum
cf. Mt. 12, 30 dispersa non colligit, sed et collecta dispergit; quamuis nec conteri possit domino mens
dicata nec elidi qui stat uirtute cælesti, sed nec sancta turba dispergi. aperte ergo
dilectioni uestræ, quod sine lacrimis non possumus dicere, nuntiamus: mouit disputator
uester prœlium ueritati, antiquæ fidei intulit manus, inpugnat apostolos, prophetas
7 respuit, ipsius domini nostri de se dicentis uerba non sequitur. cuius religionis uel
quibus legibus se episcopum dicit, abusus nouo et uetere testamento? nam et in-
tellectum figuræ respuit et inter nos uersatam non recipit ueritatem. aliter denique
Christi dei nostri tractat arcanum quam fidei nostræ patitur sacramentum, quod reue-
renter secutus est omnis catholicus disputator. nemo enim bene religioni deditus
8 aliud de Christo sensit quam de se uoluit ipse sentiri. mouit aliquando sacrilegam

---

27—35 *adfert Eutyches Spicit. Casin. 1, 99. 100*

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

3 et *om. F* terram *Fiðeg Γ* 4 erga] circa *C* 9 ambigemus *Fp* 10 ut] *del. v* et *T* ut inter *CH*, *corr. m* 11 hactenus *om. LH* 13 summa] sancta *L* nam] et *L* 15 adserens *L* numquam *F* 16 qui *L* diligentia *F* 19 decidente *H* posset *US*βγδ gloriæ seminare *F* gloriose manere αγ gloriæ se manere βδ 20 et quæ *UFT*βδ et qui αγ peruenerat *F* 21 astutiam *L* etiam astutiam *H* 22 fratres carissimi *om. F* uelut] ut *F* furorum scito *p* nos *C cf.* Γ 23 qui *om. L* 24 inuenimus *USpCH*, *corr. m²* qui *om. Γ* et *om. Fi* conterit *H* 25 alligantes *L* illisos *r* elidere *FL* allidere *UwTCH* illidere *r* 26 et *om. L* non *L* 27 illidi *r* sed *om. L* turbata *F* ergo] enim *LH* 28 dilectionis *S*, *corr. r* disputatio *F* 30 dicentis de se *C* 31 iudicat *LH* ueteri *SFCLH* et *om. SLH* 33 de xpi *CHΓ* dni *T*γ tractar *H* arcano *CH* 34 bene] ueræ *C* aliter *L* religionis *UpC*, *corr. m* 35 sentit *FmLH*, *corr. m² in mg.* sentire *F* aliquando hanc *H* hanc *L*

quæstionem Samosateus Paulus, cum sanctæ apud Antiochiam præesset ecclesiæ; sed
eum de throno, cui feraliter præsidebat, sacerdotum catholicorum sententia unita deiecit.
semper enim abscidendi sunt huiusmodi, qui conturbantes animum populi Christiani
et pro arbitrio suo euangelia uertentes deo fructificare non possunt, et colenda est uinea
9 quæ ius possessoris agnoscat. certum est autem quia tales sermonum nouitates de
uano gloriæ amore nascuntur: dum sibi nonnulli uolunt acuti perspicaces et sapientes
uideri, quærunt quid noui proferant, unde apud animos imperitos temporalem acuminis
gloriam consequantur. sed quis umquam ueram gloriam, dum sibi sapiens uidetur,
optinuit? deus enim noster infirma mundi elegit contra fortia et sapientes per mundi 1 Cor. 1, 27
stulta confundit. quis in mundi sapientia glorietur nisi qui se confitetur esse de mundo,
nisi qui illius se negat esse discipulum qui ait se non esse de mundo? una est gloria, Ioh. 17, 16
10 ut, sicut ait apostolus, qui gloriatur, in domino glorietur. nonne huic uestro 1 Cor. 1, 31
episcopo, sed nunc usque uestro, nisi quod credimus, credat, uidemus hanc sententiam
conuenire? stultus factus est cum se dicit sapientem. professa quippe stultitia Rom. 1, 22
est illum quem dei scimus esse sapientiam uirtutemque, nescire; nescire enim se ea quæ 1 Cor. 1, 24
discutit, confitetur. nec hunc dilectio uestra miretur a uia ueritatis errasse, quem
Christum, qui est uia nostra, uideat perdidisse. deprehendimus interdum se sinistra Ioh. 14, 6
disputatione prodentem, interdum latentem quibusdam cuniculis et sua uenena celantem.
et cum oportuerit nos, sequentes sententiam prudentissimi Salomonis, nullum ad eius Prou. 26, 4
inprudentiam præbere responsum, ne similes eius essemus, suademus tamen ut apostolos, ut prophetas nobiscum sequatur, ne cum omnibus solus occurrit, solus ab omnibus
refutetur.

11 Vobis uero diligentius uigilandum est ut inimici prædicationibus resistatis. maior enim uobis sollicitudo est, cum intra ecclesiam uobis ecclesiæ aduersa dicuntur. habeant laboris indutias quos aduersarius foris positus incessit, qui dispersi propugnaculis murorum se defensione tutantur; nesciunt ferias quibus intus est hostis. sed in hoc intestino bello, in hoc domestico prœlio fides uobis murus sit et contra perfidiam spiritalibus se telis ipsa defendat. seruemus hanc, quia nos seruata custodit; per
hanc firmamentum nostrum deus est atque refugium. eripit de manu peccatoris, Ps. 70, 3
cui uos in fluctu positos conuenit dicere: domine, libera nos, perimus. Mt. 8, 25

12 Ad uos nunc, clerici et omnes qui deuoti estis domino, noster sermo uertendus est.

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

p. 16, 35/1 quæstionem sacrilegam *C* samosatenus *USTCLH* p̄cesset *m* p̄cessit *Fv* 2 sede *LH* una *L* 3 huiusmodi *om. L* conturbant animam xp̄iani *L cf. Γ* considerantes *F* 4 euangeli *F* euangelica *v* euangelistam *m* euangelium *m*² *in mg.* et colenda] excolenda *LH* 5 quæ ius] quæ eius *F* quam eius αβγ quam eis δ possessor *L* autem *om. L* qui *Fp* quod *L* sermonum] sententiarum num [nunc δ] *L* sententiarum *H* 6 uanæ *iCH* malo *L* nascuntur] descendunt *LH* prespicaces *F*βγ et sapientes] que *H* 7 quærunt] quæ sunt *C* quod *F* imperatos αβ*H*, *corr.* α*d* imperat hos γ 9 contra] ut confundat *LH* 10 stultitia *F* confudit *FiL* in] de *LH* confitetur] scit βδ*H* scis αγ 11 nisi — mundo *om. L* esse¹ *om. F* 12 ut *om. L* apostolus ait *H* huic] quid *L* nostro *C* 13 uideamus *Fi* uidemus nisi *L* 14 dicit esse *F*γ 15 dei *om. F* se enim *F* 16 qui *FL* 17 nostra] nunc *L* uideatur *L* uiam *F* perdedit *F* eum interdum *FL* 18 prudentem *wF*αγ*H* prouidentem *p* 19 nosse quiætes α nosse quæ te γ nos sequi [sequi *om. e*] *H* 20 prudentiam *F* ei *LH* 21 ut] nobis [nobiscum δ] ut *L* nec *Lm* 23 diligentius] de illis *L* inimi *p* impiis *i* resistetis *Fm*, *corr. m*² 24 ecclesia *F* uobiscum *F*corr ecclesiæ] est a quo *F* 25 habent *Fi* aduersius *F* positos *L* dispersis *Fm*²γg, *corr. g* 26 maiorum se *F* se murorum *L* murorum *vH* murum *m* defensionis *F* nescientes *L* in quibus *T* 27 est *L* et] quae *L* 28 defendit *STCLH*, *corr. m*² defendet *w*² quae *L* 29 perfugium *L* eripi δ*H* 29/30 peccatorum quibus *L* 30 uos *om. L* fructu *H* positus *F* positis *L*

dicat fortassis aliquis ordinem non esse seruatum. uoluimus et nos prius, quod ratio
postulabat, habere uerba uobiscum; sed eorum cura maior optinuit, quos uolumus in
commune seruare. neque enim de uobis dubitare debemus, quibus utique ducibus
illos pro fide stare credamus. sancti et deoamabilis fratris et coepiscopi mei Cyrilli
per filium meum Posidonium diaconum ad me directa relatio ea in uos agi loquitur,
quæ potest in ecclesiæ membra agere qui eius capiti non pepercit. non uos ista dis-
crucient. maior gloria est in labore maiore, quia certaminis qualitas facit præmii
2 Tim. 2, 5 **13** qualitatem. legitis enim nobiscum, quod is qui legitime certauerit, coronatur. unde
adhortatio uobis nostra debetur, quæ et pusillanimis et uiriliter resistentibus necessaria
est, ut et temptamenta ualeant ferre qui nequeunt, et firmius possint stare qui certant.
numquam nostri regis arma uincuntur. probatio est omnis temptatio Christiano,
Rom. 5, 3. 4 quippe quæ patientiam, sicut legimus, operatur; ex hac spes nascitur, quæ neminem,
scriptura spondente, confundit. unde, fratres karissimi, quia consolatio uestra
Rom. 12, 1 ex deo est, cui corpora uestra, hoc est uos ipsos, uiuas, ut ait apostolus, hostias
exhibetis, repugnantes nolite deficere. dat ille uirtutem qui per apostolum nos
2 Cor. 6, 7 **14** monens esse uult membra nostra arma iustitiæ suæ. habetis exempla sanctorum,
Ps. 125, 2 qui olim seminantes in lacrimis, in gaudiis messuri sunt in futurum. non
amat noster dominus seruum nisi experimentis probatum. Christianos animos rerum
cf. 1 Cor. 9, 24 palæstra semper exercet. currite, ut uos in uiis domini inuicem transeatis; nolo
cf. 1 Cor. 11, uos ab aduersariis comprehendi. oportere dicit esse apostolus quæ uidemus; fortitu-
19 dinem fidemque non nisi campus ostendit. difficile est otium coronari; præmia non
Ephes. 6, 17. nisi laboribus deferuntur. nolo salutis galeam capita uestra deponant; nolo se loricam
14 fidei exuat qui idoneum Christi militem profitetur. nostri nobis bella mouerunt, si
tamen nostri dicendi sunt quos ad inimicum transisse rupto fœdere sentiamus. uestrum
Ps. 121, 2 est stantes pedes habere in atriis Hierusalem. uolumus uobis gressus esse perfectos,
15 ne umquam in exemplum simile alicuius uestigia moueantur. sequantur cum malo
cf. 1 Io. 3, 10 diabolum qui se ex eo simul esse cognoscunt. uos, qui filii dei operibus apparetis,
Mt. 7, 20 quia ex fructibus uult unumquemque cognosci, uicissim mentes consolamini pusillorum:
infirmos quosque suscipite, confirmantes eos. non uos seducat impietas, sed de bono
et malo pro qualitate sui tenete sententiam, uitantes peruersa, quæ sunt recta, laudantes.
Prou. 17, 15 abominationi est enim deo, Salomone dicente, quisquis uel iustum pro iniusto
uel pro iusto ducit iniustum. nulla est tribulatio temporalis, si sit ante oculos
Ps. 26, 3 **16** perenne præmium, cui nihil conuenit anteponi. clamat noster ymnidicus, si aduersum

---

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

1 forsis *C*, *corr. m²* uolumus *Frv*αβγ*H*, *corr. r* quod] ut *L* 2 uoluimus *UTv* 3 communione *F* nec *L* de *om. H* 4 fidei *F* credamus *Fi*αδ credimus *CHΓ* debemus βγ tradamus *USp* 5 possidonium *UTvLH* diaconum suum *LΓ* diaconum sua *F* relatio ea] relatione *F* in *om. p* erga *i* contra *CH* 6 non] nos *F* 7 enim est gloria *C* enim gloria est *H cf. Γ* praemium *H* 9 adoratio *p* nostra uobis *LH* pusillianimis *USF*, *corr. w* duriter *L* 10 et *om. FTCH* et] ut *F* 11 omnis] hominis *L* xpiani *L* xpiana *v* 12 quæ] cum *L* qui *H* operatur sicut legimus *C* spe *w* species *L* 12/13 ex — uestra *om. U* 14 uiuos *UF* 15 exhibentes *F* illi *F* 15/16 nos] dixit nos *L* 16 uult — nostra] nos uoluit *L* 17 gaudio *FδHΓ* gaudium αβγ futuro *H* 18 dominus noster *iCLH* experimentum αβγ *in* experimento *corr.* α xpianus animus *UFp* xpianum animum *i* xpianas animas *CH* rerum] ferus *U* 19 ut] et *F* 20 oporteret *H* esse *om. L* uidimus *S* 22 luricam *USF*αβ, *corr. w²* 24 sunt *om. F* 25 uoluimus αβγ 26 exemplo *p* similem *F* 27 diabolum *US*αβγ*Γ* diabolo *F*δ diabolo diabolum *TCH* simul *om. LHΓ* cognoscant *C* qui *om. wTL*, *corr. w* apparentes *F* 29 quoque *iL* que *CH* de *om. L* 30 tenentes *U* tenente *m*δ uitate *C*, *corr. m* praua *LH* et recta *F* 31 abominatio *FCLH* a deo *pCH* dicente salomone *C* iustum] iniustum *p* 32 pro *om. F* dicit *vL* temporalis] temptamenti *L* si *om. USF cf. Γ* 33 aduersus *C*αβδ*H*

se castra consistant, spe illuminationis illius sibi penitus non timendum. si certamen
cum gentibus haberetis, esset utique magna uictoria superasse eos quos semper haberetis
inimicos; quanta est dicenda uictoria, ubi sacerdos prædicatione mutata catholicorum
factus est persecutor? contra Paulum proprie in omnibus sentiens, qui euangelii domini,
quod ante fuerat persecutus, factus est postea prædicator. desertus est impius
17 disputator sancto spiritu, postquam in ipsum spiritum sensit aduersa. merito, si
persistet, audiet a nobis Samuhelis uerba, quæ Sauli tunc ab ipso dicta sunt sacerdote:
spernet te dominus, ne regnes in Israhel. hoc ille meruit qui solum in 1 Reg. 15, 23
agendis rebus dei præcepta contempsit; quæ huic pœna debebitur qui se in ipsum domi-
num maiestatis erexit? curare nunc uestrum est quodcumque uulnus inflixit, et his
præbere medicinam qui eius sermonibus sauciati sunt. firmis in hunc state uestigiis,
quem, sicut eius sermo demonstrat, iam cecidisse uideamus. quicquid in uos intulit,
ferte patienter. indixit iniurias, indixit exilia; ille in suis hunc passus est, quem
suscepisse pro nobis hominem diffitetur. unde nullus defleat quicquid in aliquos
18 uestrum facere molitus est. patientiæ uobis atque constantiæ forma sit Stephanus,
primus Christi testis existens. plebs in hunc prædicantem striduit perfidorum, nec Act. 7, 54-56
tamen idoneus Christi comes tacuit quod uidebat. exclamabat inter furentes, inter
religionis inimicos, uidere se apertos cælos et filium hominis, propter quem talia pateretur,
19 stantem ad dexteram dei. longum est ire per singulos qui uitam uel morte uel con-
fessione mercati sunt; habetis uos pæne nostrorum temporum, quicumque ecclesia estis
eiecti, beatæ recordationis Athanasii Alexandrinæ ecclesiæ prudentissimi sacerdotis
exemplum. cui non consolationi sit illius tolerantia? cui non spem faciat eius
expectata reuersio? eicitur Arrio persequente, sed reuocandus domino prosequente.
passus est carcerem, passus angustias, nec mirum si uir apostolicus ea passus est quibus
se apostolus exercitum gloriatur; in his tamen omnibus secutus est illum qui sibi in 2 Cor. 11, 23
tribulationibus se placere testatur. fugatus illinc, in nostris partibus recreatus est; sq.
denique hic ei redintegratus status est et in hac sede requiem communionis inuenit, a
qua semper catholicis subuenitur. nec tamen sensit in tribulationibus lassitudinem
20 qui factus est persecutione confessor. unde Christianorum nullus inlatum sibi tem-
porale deflere debet exilium, quia eorum nemo exul est deo. timeamus ne regione Ps. 114, 9

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

2 magno *F* superasset *H* habueritis *L* habuerit *F* 3 dicenda uictoria est *LH* 4 paulo *p* sententiis *m*, *corr. in mg. m²* 5 antea *UFpC* 6 ipso spū *CH* sentit *F* 7 persistit *TCαH* persistat *F* sacerdotis αβγ 8 spernet] separet *LH* hæc *L* quia *CHΓ* solus *T* se dum *L* 9 dei rebus *L* rebus fidei *F* quid *L* pene *L* debetur *CLH* se ipsum ad βδ sum ad α suum ad γ 10 quare nunc uestrum est curare *L* nostrum *CHΓ* infixit *pC* 11 præstare *FLH* sermone *LHΓ* in hunc] nunc *L* 12 accidisse *p* uidemus *LH* et quicquid *CHΓ* in uos *om. TCH* 13 sapienter *USp* ex alia αγ*H* illi *H om. L* nunc *L* 14 aliquo *FLΓ* 15 patientia *F*δ patientiam γ sit *om. LH* 16 existat *vLH* studuit *rF* 17 comes *om. ri* exclamat *FiL* exclamauit *CH* 18 patiebatur *LH* 19 stare *LH* ire] ne *Up* 19/20 morte — pæne *om. F* 19 mortem *wCH*, *corr. d* 19/20 alibi conuersatione confessione *H* conuersione *Tm* conuersionem *v* 20 uos pæne] magnum *L* quicumque] quietis *L* 21 electi *SCL* iecti *p* 22 consolatio αγ consultatio βδ tolerantia cui non exemplum sit illius tolerantia *U* tollerantia cui non exemplum sit illa constantia βδ 23 spectata *C* reuocetur αβγ reuocatur δ 24 passus est *F* est passus *C* passus *Fp* 25 exercitatum gloriatur *Fm²* gloriatur exercitatum *L* excitatum gloriatur *v* gloriatur excitatum *H* 26 et in *CH cf. Γ* roboratus *LH* 27 hinc *C* redintegratur *L* est status *v* est [*del.*] status est *F* status *L* 28 in tribulationis *p* inter tribulationes *C* 29 in persecutione *LHΓ* 29/30 temporale sibi *C* 30 regiones *USp*, *corr. w* regionem *i* a regione *CH*

uiuorum, hoc est illa quam nostram patriam uolumus, exulemus. illud est nostrum,
illud perpetuum, illud æternum; nostrum enim non est unde transitur, sed illa uera nostra
1 Cor. 2, 9 quæ spes certissima pollicetur. sunt autem, dicente apostolo, quæ oculus non
uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendunt; hæc præparauit
deus diligentibus se.

21 Ne tamen uel ad tempus eius uideatur ualere sententia qui in se iam diuinam
sententiam prouocarat, aperte sedis nostræ sanxit auctoritas nullum seu episcopum
seu clericum seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio uel eius similibus, ex
quo talia prædicare cœperunt, uel loco suo uel communione deiecti sunt, uel deiectum
uel excommunicatum uideri, sed hi omnes in nostra communione et fuerunt et huc usque
perdurant, quia neminem uel deicere uel remouere poterat qui prædicans talia titubabat.
omnes igitur præsens sermo in commune complectitur, ut magis ac magis roborati et
confidentes in domino non moueamini; quin immo et medemini infirmitatibus aliorum.
iam enim uobis illic commendamus infirmos ubi sic uideatur ipse medicus ægrotare.
22 cui tamen uolumus, si adhuc possumus, subuenire. nam cum ad sanctum fratrem
ep. 1 nostrum et coepiscopum Cyrillum responsa congrua mitteremus, hæc uobis per carissimum
Posidonium eius diaconum et huic de quo agitur, dirigenda ab eodem fratre meo scripta
transmisimus, et quia nostra in tanto negotio propemodum præsentia necessaria uidebatur,
uicem nostram propter marina uel terrena spatia ipsi sancto fratri meo Cyrillo delegantes,
ne morbus iste longitudinis occasione grassetur. uos tantum apostolicos ante oculos
1 Cor. 1, 10 habete sermones, in eodem sensu et in eadem sententia estote perfecti, ut
Mt. 10, 22 sicut legimus, permanentes in finem salui esse possitis. ut autem noueritis sub qua
definitione litteras miserimus, ipsam sententiam huic epistulæ fecimus subter adnecti.

Deus uos incolumes custodiat, fratres carissimi.

d. 10. m. Aug. a. 430 DAT̄ IIII ĪD̄ AVḠ THEODOSIO XIII ET VALENTINIANO III CONS̄

23 Palam igitur agnosces hanc nostram esse sententiam quia nisi de deo Christo nostro hæc exposueris quæ et Romana et Alexandrina et omnis catholica sentit ecclesia, sicut etiam Constantinopolitana ecclesia usque ad te, carissime, intellexit, et nisi hanc infidelem nouitatem ** ab adoranda et ueneranda scriptura seiunxeris, intra decem dies ex quo innotescent tibi, huius executionis diem adnumerandum, aperta et scripta professione damnaueris, ab omni catholica ecclesia excommunicatum.

U, *S* [= *wr*], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

1 bonorum *L* hoc — illa *om. v* hæc *mH* illam *rFTm*αβγ ab illa m^2 exulemur *L* 2 uere vm^2 *LHΓ* nostra sunt *LH* 3 hæc quæ *L* 4 ascendit *vH* ascenderunt *iL* hæc quæ *T* quæ *L* 6 nec δ*H* sententiam *C*γ*d*, *corr. d* 7 prouocauerat *F* prouocarit *L* siue — siue — seu *TC* seu — seu — siue *H* 9 cœpit *L cf. Γ* eiectum *LH* 10 hi omnes *om. L* homines *i* 11 reicere *H* titubat *F*αβγ 12 omnis *Fp* w^{corr} *om. L* communione *F* ut *om. LH* 13 confidenter *C* medicamini *F* mediamini αγ*d* meditamini *eg* medeamini βδ*Γ*, *in* medemini *corr.* δ in infirmitatibus *LH* 14 uidetur *LH* 15 uolus si *p* uoluis sit α uobis si γ uoluisse β sic *Fde* 16 nostrum *om. LH* coepiscopum meum *L* coepiscopum nostrum *H* hæc et *FΓ* et hæc *LH* uobis *om. LH* 17 possidonium *UTCLH om. F* huic eius de *L* eius de *H* fratrem *F* meo *om. F* 18 uidebatur necessaria *C* 20 tamen *LH* apostolico sc̄e αβγ 21 habentes *CLH* 22 in] usque in *LH* fine *C*αβ fide *i* m^{corr} possetis *F* sub] in *C* 23 epistulæ] sententiæ *C corr.* m^2 24. 25 *om. LH* 24 *om. UF* 25 *om. TCΓ* DATA *UF* VALENTINIANI *F* TER *U* CONS̄ *F om. US*

26—30 *hanc sententiæ subter adnexæ formam ex Græco uersam habent TC, omittunt USF; formam genuinam ex epistula II desumptam inserunt LH, cf. supra p. 12*

26 agnosces *vΓ* agnoscens *pm* agnosce *i cf.* H_1 *p. 12, 6* 27/28 ad te Tm^2 *Γ* huc *v om. m* 28 *exciderunt e. g.* qua coniuncta, *corruptela ex Γ desumpta est* et intra *i* 29 quo *om. i* innotescent *pΓ* innotescentis *i* innotesci *C* excusationis *C* diem adnumerandum *pCΓ* die numerandos *i* scripta] exscripta *pv* 30 omni te *i*

EPISTVLA PAPAE CAELESTINI IOHANNI ANTIOCHENO IVVENALI HIEROSOLYMITANO RVFO THESSALONICENSI ET FLAVIANO FILIPPENSI EPISCOPIS PER ORIENTEM A PARI

VI 1 Cælestinus episcopus Iohanni Iuuenali Rufo et Flauiano episcopis per Orientem
a pari. Optaremus quidem, sicut una est deitatis essentia, ita inter omnes qui ubique
sunt homines unam rectæ fidei ueritatem teneri; minor tamen gemitus est, si qui se extra
gregem dominicum segregantes et per angulos latebrasque latitantes aliud sibi uel
2 paucis qui secum sentiunt, occulto errore persuadeant. cum uero aliquis sacrosanctæ
ecclesiæ dei sub nomine præpositus sacerdotis ipsum Christi populum a tramite ueritatis
in præceps deuiæ persuasionis auertat et hoc in amplissima urbe, ad quam propter
inhabitantis imperii reuerentiam de uniuerso orbe confluit multitudo, tunc plane est
geminanda lamentatio et maior sollicitudo, ne quid lupi rapacitas præualeat, adhibenda.
minor enim cura est obsidentis inimici quam intra mœnia debacchantis, leuiusque sollicitat
lupus extra ouilia pererrans quam inter gregem locum pastoris inuadens, quia bellum
plus quam ciuile est, cum intra ecclesiam, id est intra ipsum Christi thalamum tela sectæ
3 impiæ iaciuntur. unde uehementer contristata sunt nostra uiscera, quod is qui
Constantinopolitanam optinere uidetur ecclesiam, deuotissimis Christo populis peruersa
quædam contra reuerentiam uirginei partus et contra spem nostræ salutis infundit.
hæc ad nos ingerente dolore fidelium peruenerunt, hæc libris quos ipse miserat, publicata
sunt, et quod maioris probationis est, hæc ad nos missis epistulis ipsa auctoris sub- ep. 3. 4
4 scriptione munitis ita insinuata sunt, ut dubitari ultra non liceat. unde quoniam
in talibus causis non est tuta longior coniuentia, quia tantundem pæne criminis est
coniuere talibus quanti sceleris est tam sacrilega prædicare, et episcopum Nestorium
et si quis alius eum secutus hæc prædicat, a nostra communione secreuimus, quamdiu
scriptura professionis emissa peruersitatem quam cœperat docere, condemnet et hanc
de uirgineo partu, id est de humani generis salute fidem asserat se tenere quam secundum

VI *JK 373. extat etiam in Coll. CT XIII; Græca uersio habetur in V 12 S 18 A 9*

Ex alia translatione iacet in codice Acymitensium ad Flauianum Rufum uel ad Iohannem XIIII ipsa *m^2 in mg.*

Huius epistulæ locus sextus decimus est apud Græcos; obserua ergo ut ibi transscribatur *p^{mg}*

U, S [= wr], F, O [= yz], T [= pi], C [= vm], C_1 [= $v_1 m_1$; iterum enim descripta est sub finem epistulæ Coll. CT XVI tota in m, pauca initii uerba in v, cf. notam marginalem in p]

1—2 EPISTVLA [eplae *w*] — PARI [episcopis — pari *om. i*] *USi om. F* ITEM EPLA SCI CAELESTINI PAPAE DE EADEM RE *O* Epistola [*om. v*] papæ cælestini ad iohannem antiochenum iuuenalem hierosolymitanum rufum [n rufum *p*] thessalonicensem et flauianum philippensem [et — philippensem *om. p* appari *add.* m^2] *pC* Exemplar eplæ celestini papæ ad iuuenalem hierusolimorum rufum thesalonicensium et flauianum phylippensium episcopos per orientem a pari XVII v_1 Incip epla celestini pape m_1 3—4 Cælestinus — pari *om.* v_1 3 episcopus *om. FO*   iohanni anthioceno rufo thesallonicensi iuuenali hierosolimitano et flauiano philippensi *FO* iuuenali hierosolimorum rufo thesalonicensium et flauiano philippensium m_1 coepiscopis *F* epis supra scriptis, supra scriptis *del.*, *y* epi *z*   orientalibus *FO*   4 a pari *om. ziC, corr.* m^2 a pari XVII m_1 sicuti *TC*   dei *Tv* m^2 *om. m*   sentia *F* sententia *O*   ita *om. O* sic C_1 5 teneri rectæ fidei ueritatem C_1 minor] et cetera *ceteris omissis* v_1 est *om.* m_1 qui se] quis *SFy*m_1 qui *zi*   6 se segregantes m_1 angelus *p* angulas *i*   latentes *F*   alios *USTC*m_1 *om. Γ*   7 paucos *USTC*m_1 8 propositus *Fy*   sacerdotalis m^1 9 deuiæ] diuinæ *Sz* deuia persuasio z^{mg} non recte m_1, *cf. Γ*   auertit *TC*m_1 amplissimam urbem *O*   14 thalamum xpi *C*   15 contrita *O*   16 uidebatur m_1 19 et — est *om. z* que sit maioris probationis auctoritas z^{mg} hoc m_1 ipse m_1 20 munitus *C*m_1, *corr.* mm_1 insinuati m_1 20 ultra ut dubitari m_1 21 tota *wFO, corr. w*   longior *om. C*   conibentia *vy* conhiuentia S^{corr} conhibentia USO^{corr} pm_1 cohibentia *Fzim* cohibenda m_1 *in mg.*   est *om.* m_1 22 conhibere *USFOC*m_1 conhiuere S^{corr} cohibere Tm^2 tam *om. USTC*m_1 23 hæc] talia *CΓ om. i*   prædicat — secreuimus] decreuimus *p*   prædicat a] quæ dicata sunt [sunt *del.*] *y* quæ dicta *z* eque dicat a *i* dicit a *C*m_1 *cf. Γ*   remouemus *CΓ* segregauimus m_1 24 promissionis *O corr. y*   contemnet *F*   et *om. O*

apostolicam doctrinam Romana et Alexandrina et catholica uniuersalis ecclesia tenet ueneratur et prædicat. si quis uero aut ab episcopo Nestorio aut ab aliis qui eum secuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, uel excommunicatus uel exutus est antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communione et durasse et durare manifestum est nec iudicamus remotum, quia non poterat quemquam eius remouere sententia qui se iam præbuerat ipse remouendum.

5 Hæc, frater carissime, ad sanctitatem tuam scribenda duximus, ut in domino
Eph. 6, 15. 16 roboratus et familiarem pectori tuo loricam Christi cum scuto catholicæ prædicationis
indutus greges domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis natus et passus est, qui reseratis
inferis et morte deuicta pro nobis die tertio resurrexit, a persuasionis pessimæ prauitate
p. 6, 22 sq. defendas. sicut autem et ad sanctum fratrem et coepiscopum nostrum Cyrillum
bonum fidei catholicæ defensorem scripsimus, hanc de eodem Nestorio sciat sanctitas tua a nobis, immo a Christo deo latam esse sententiam ut aut intra decem dies ex conuentione huius diei numerandos sacrilegas de Christi natiuitate prædicationes suas scripta professione condemnet et hanc se profiteatur fidem sequi quam Romana et Alexandrina et uniuersalis seruat ecclesia, aut ab episcoporum cœtu remotus intellegat sibi suam obfuisse perniciem. ut enim hæc quæ a nobis decreta sunt, exercitius agerentur, per filium nostrum Posidonium Alexandrinæ ecclesiæ diaconum nostras ad dilectionem tuam uoluimus fidelius epistulas commeare.

d. 10. m. Aug. a. 430 DAT IIII ID AVG THEODOSIO XIII ET VALENTINIANO III AAGG CONSS

EPISTVLA PAPAE CAELESTINI AD SYNODVM APVD EPHESVM COLLECTAM CONTRA NESTORIVM

VII 1 Cælestinus episcopus sanctæ synodo apud Ephesum constitutæ. Spiritus
sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. certum est enim quod legimus,
Mt. 18, 20 quia nec potest ueritas nostra mentiri, cuius in euangelio ista sententia est: ubi duo
uel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi et ego sum in medio
eorum. quod cum ita est (nam nec huic tam breui numero spiritus sanctus deest),

---

VII *JK 379. in TC inserta est Gestis synodi [XXXV], in S et eodem loco quo in U [S_1] et eodem quo in TC [S] extat. Græca quoque uersio habetur [V 106 S 63 A 41] in Gestis ipsis*

---

1 romanam et alexandrinam m_1 tenet et Tm_1 2 et *om. FO* ab[1] *om. F* aliis] his Tm_1 *Γ* 3 ἤρξατο *Γ* 3 seu antistitis $USTCm_1$ 4 in] et *F* 5 semotum rm_1 cum remotum *CΓ* 6 etiam *O* 7 hanc *F* ipse ad m_1 8 et *om. O* familiare *Uw* familiari $w^{corr}r$ familiaritatem m_1 pectoris tui *FO* luricam *FO* lorica *USp* xpm *F* 9 gregis w^2rFOpm_1 regis *w* gregem *CΓ* nostri *om. O* xpi ihu *O* et natus *CΓ* natus est *F* 10 tertia iCm_1 11 enim *FO* et *om. Oi* ad *om. Fm* 13 immo et *C* deo *om. r* dno nostro *F* nostro deo *O cf. Γ* illatam *O* ut *om. C add.* m^2 ex] a *C* 13/14 coruentionis *O* die conuentionis *F* 14 diei numerandos] denumerandos *F* dinumerandos m_1 sua *UO* 15 professione *FOΓ* prædicatione $USTCm_1$ profitetur m_1 15/16 romanæ alexandrinæ *y* romana alexandrina *z* 16 ecclesia catholica *F* ab *om. FrT, corr. r* 17 suam *om.* m_1 ut enim *FO* sed ut $USTCm_1$ exercitatius *TC* 18 possidonium *Oiv* 19 fidelibus m_1 commeare] commendare Tm_1 commendare deus te incolumem custodiat frater honorandissime *C cf. Γ* 20 data $FyTmm_1$ quarto *p* THEOD *U* VALENTINVS *F* ualentin *v* TER *Uw* AAGG CONS *F* uu augg conss *O* CONSS m_1 *om. USTC*

U, S_1 [= w_1r_1], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *S* [= *wr*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

21 EPISTVLA — NESTORIVM $U S_1 pCS$ *om. FΓ* Item cælestini pape ecclesie romane data ad synodum in epheso constitutum [constitutam δg] *LH* epistola celestini pape ad synodum ephesinam *i* apud *om.* SS_1 *superscr. w* COLLECTAM — NESTORIVM *U* celebratam *pC* constitutæ SS_1 22 Cælestinus — constitutæ *om. LH* episcopus *om. FΓ* sanctæ *om.* USS_1 constitutæ USS_1F congregatæ *T* congregatæ dilectissimis et desiderantissimis epis fratribus in dno salutem *C* [*cf. Γ*] 23 uerum certumque *C cf. Γ* 24 non *i* nostra *om. TCΓ* in euangelio] euangelii *C* 26 cum ita est *om. i* ista *H* sit *CH* nam US_1FSLH si *iCΓ* nam si *p*

quanto magis eum nunc interesse credamus, quando in unum conuenit turba sanctorum?
sanctum namque est pro debita ueneratione collegium in quo utique nunc apostolorum
frequentissimæ illius quam legimus congregationis aspicienda reuerentia est. num- Act. 15, 6
quam his defuit quem receperant prædicandum; adfuit semper his dominus et magister
nec docentes a suo doctore deserti sunt. docebat ille qui miserat, docebat qui et
2 dixerat quid docerent, docebat qui in apostolis suis se confirmat audiri. hæc ad Lc. 10, 16
omnes in commune domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura peruenit, hereditario
in hanc sollicitudinem iure constringimur quicumque per diuersa terrarum eorum uice
nomen domini prædicamus, dum illis dicitur: i t e, d o c e t e o m n e s g e n t e s. aduertit Mt. 28, 19
uestra fraternitas quia accepimus generale mandatum, omnes etiam nos agere uoluit
qui illis sic omnibus in commune mandauit. officium necesse est nostrorum sequamur
auctorum, subeamus omnes eorum labores quibus omnes successimus in honore.
præstemus eorum diligentiam prædicatis, post quæ, monente apostolo, nullam præ- Gal. 1, 9
dicationem iubemur admittere. non est minor tradentis officio custodia traditorum.
illi iactauerint fidei semina, nostra hæc sollicitudo custodiat, ut incorruptum et multi- cf. Mt. 25,
plicem fructum nostri patrisfamiliæ aduentus inueniat, cui soli utique adsignatur ubertas. 14 sq.
loquente namque electionis uase, plantare et rigare non sufficit, nisi deus dederit in- 1 Cor. 3, 7
crementum. agendum igitur nunc est labore communi ut credita et per apostolicam
3 successionem huc usque tenta seruemus. illud in nobis per quod secundum apostolum
ambulemus, arguitur; non enim nunc species, sed fides nostra uocatur ad causam. 2 Cor. 5, 7
spiritalia arma sumenda sunt, quia bella sunt mentium, et tela uerborum, ut in nostri
regis fœdere perduremus. omnes nunc ibi positos beatus Paulus apostolus monet,
ubi Timotheo remanere mandauit. idem igitur locus, eadem causa ipsum requirit 1 Tim. 1, 3
officium. nos quoque nunc agamus quod agendum tunc ille suscepit, ne quis aliter 1 Tim. 1, 3. 4
sentiat et quæstiones præstantibus fabulis ne quis intendat; ut ipse præcepit, simus Phil. 2, 2. 3
unanimes, unum, quia sic expedit, sentientes. nihil per contentionem, nihil agere
per inanem gloriam gestiamus; una anima cum uno corde sit cunctis, quando quidem
4 fides, quæ est una, pulsatur. doleat, immo lugeat hoc nobiscum omne in commune
collegium. uocatur in iudicium qui iudicaturus est mundum, discutitur qui dis-
cussurus est omnes, et calumniam patitur qui redemit. accingatur uestra fraternitas;
scitis quæ galea caput nostrum muniat, quæ lorica pectus includat. non uos nunc Eph. 6, 17, 14

U, S_1 [= $w_1 r_1$], *F*, *T* [= *pi*], *C* = [= *vm*], *S* [= *wr*], *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

1 nunc *om. F* credimus *C cf. Γ* tanta turba *TCHΓ* 2 concilium *CH* 3 quæ *p* αβγ con δ 4 defuit magister *CHΓ* 5 sed nec *CHΓ* diserti *Fm* disserti *v* ille qui *TS* et qui *F* et *om. F* 6 quod *L* 7 mandata w_1 *F* hereditario namque *LH* 8 constringemur *F* 9 aduertere debet *CHΓ* 10 etiam *om. C* id agere *CHΓ* 11 omnibus *om. LH* 11/12 nostrum sequamur auctorem *L* ut competenter nostros sequamur auctores *CHΓ* 12 laborem *F* αγδ honorem *FCLH* 13 præsentemus *T* præcatis *p* prædicationis w_1^{corr} prædicantis αγ*H* prædicantes *F* mouente *F* 14 amittere *wp*, *corr. w* adicere *mHΓ* addicere *v* 15 illic S_1 *corr.* w_1 iactauerunt *rLH* lactauerint r_1 lactauerunt *m* semen US_1TCS, *corr.* w_1 15/16 semplicem *F* 16 nostræ *p* patrisfamilias *v*δ*H* patrifamilias αβγ utique apostolorum *CHΓ* ueritas *L* 17 uas Upw_1w, *corr.* $w_1 w$ dn̄s *T* 18 nunc est *om. TCΓ* nunc *ante* igitur *superscr. F* labor *F* uti US_1S credita US_1SH creditam *FL* commissa *TC* per *om. F*αγ 19 tenta *FS*αβγ tentum δ tentata S_1 re *superscr.* w_1 retenta *U* detenta *TCH* in nobis per quod] enim a nobis petitur ut *CHΓ* quos *F* 20 ambulamus arguitur *Fi*αβγ arguitur ambulemus *p* arguitur *ante* per quod *coll. i* ambulemus *CHΓ* ambulamus δ fide *CΓ* 22 duremus *C* 23 ibi *T* ut *F* remeare US_1Tw^{mg} ipsum] etiam modo ipsum *CHΓ* 24 nunc] non *U* agamus et studeamus illud *CHΓ* tunc *om. LΓ* 25 quæstiones *om. L* famulis *F* maxime fabulis *CHΓ* præcipit US_1Tαδ 26 unianimes Fwr^{corr}αβγ unianimes *in* unanimes *corr. U* 27 gestia desideremus *d cf. Γ* 28 et lugeat *CH* haec *L* omne *om. Fi* 30 et *om. F* redimit *p*β accingatur armis dei $S_1SCHΓ$ 31 lurica Fw_1, *corr.* w_1, luricas αγ inclaudat α*H* non uos] nouos *H*

demum ecclesiastica rectores castra ceperunt. nemo dubitet fauente domino, qui
Eph. 2, 14 facit utraque unum, depositis armis pacem futuram, quando se causa ipsa defendit.
5 respiciamus rursus etiam illa nostri uerba doctoris, quibus proprie apud episcopos utitur,
Act. 20, 28 ista prædicens: adtendite, inquit, uobis et uniuerso gregi in quo uos spiritus
sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam adquisiuit sanguine
suo. inde ad hoc uocatos hos legimus qui istud audirent, quo nunc sanctitas uestra
conuenit Ephesi. his ergo quibus est fidei nota prædicatio, sit nunc erga hanc etiam
nostra nota defensio. exhibeamus huic nostræ mentis illa ueneratione constantiam
qua sunt digna quæ magna sunt, quam pio sensu tranquillitas diuturna seruauit; inte-
merata apud nos quæ ab apostolis sunt prædicata, regnarunt. numquam contra
regem regum uerba tyrannicæ dominationis admissa sunt nec opprimi per falsitatem
6 potuit negotium ueritatis. uos hortor, fratres karissimi: respiciatur illa sola dilectio
1 Ioh. 4, 16 in qua utique secundum uocem Iohannis apostoli, cuius reliquias præsentes ueneramini,
manere debemus. sit oratio communis ad dominum. scimus quæ uis diuinæ
illius præsentiæ sit futura, supplicante concorditer tanta multitudine sacerdotum, quando
Act. 4, 31 locus ille moueri potuit in quo unanimiter duodecim legimus supplicasse. quæ tamen
Act. 4, 29. 30 fuit apostolorum petitio deprecantum? nempe ut acciperent uerbum dei loqui cum
fiducia et ea per eius manus uirtutibus agere quorum præstante Christo deo nostro
acceperant potestatem. et uestro nunc sancto conuentui quid est aliud postulandum
quam ut cum fiducia loquamini uerbum domini, quam ut det seruare quæ prædicare
Act. 2, 4 concessit, et repleti sancto spiritu, sicut scriptum est, licet ore diuerso, unum tamen
quod ipse spiritus docuit, proferatis? his omnibus breuiter animati, quia, sicut ait
Rom. 7, 1 apostolus, scientibus loquor et loquor sapientiam inter perfectos, adestote
1 Cor. 2, 6 catholicæ fidei et ecclesiarum quieti; adestote, quia sic dicendum est, et præteritis et
Ps. 121 6 præsentibus et futuris, rogantes atque seruantes quæ ad pacem sunt Hierusalem.
7 Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres et consacerdotes nostros una-
nimes nobis et probatissimos uiros Arcadium et Proiectum episcopos et Philippum
presbyterum, qui his quæ agentur intersint, et quæ a nobis ante statuta sunt, exequentes;
quibus præstandum a uestra sanctitate non dubitamus adsensum, quando id quod
legitur, uideatur pro uniuersali ecclesiæ securitate decretum.
d. 8. m. Mai. a. 431 DAT VIII. ID MAI BASSO ET ANTIOCHO CONSS

U, S_1 [= w_1r_1], *F*, *T* [= *pi*], *C* [= *vm*], *S* [= *wr*] *L* [= αβγδ], *H* [= *deg*]

1 rectoris *Fp* 3 rursum *F* propria *H* 4 ut ista prædicent *L* uobis *F* 5 domini *LH* 6 adhuc *i* ad hæc *H* ab hoc *F* uocatus *pm* euocatos *L* gelimus $w^{mg}r$ audient *C* quo] quæ *de* qui *g* 7 ephesi his *F* ephesi *m* ephesiis US_1pSαγδdg^{corr} ephesus *ieg* ephesis *v*β nota *om.* *F* 8 his *CHΓ* 8/9 constantiam quæ *UFTde* pompa γ 9 quam] quem *CH* diuturnitas *F* 9/10 intemerata apud nos] annuntientur uobis *CH* *cf.* *Γ* intemeratæ *F* 10 apud — prædicata *om.* *T* sunt prædicata] intemerata *CH* quia numquam *CHΓ* 11 rerum *L*, disputationis *LΓ* 12 despiciatur *CH* perspiciatur r_1 14 mare *in* amare *corr.* *F* sit — scimus *om.* *L* quæ uis] qua eius *C* 15 illius *om.* *iL* futurum *m* futuræ *HΓ* supplicanti *T* supplicantes αβγ*H* 16 in *om.* *C* unianimiter *Fw*α 17 depraecatum *wp* deprecantium β deprecandum αγ 18 ea *om.* *TCHΓ* eum *T* manus *om.* *TCΓ* uirtutem *CHΓ* uirtutes *i* quarum *i* domino *i*γ nostro *om.* *F* 19 acceperunt r_1FCS, *corr.* *Fw*, *cf.* *Γ* et] ut *F* 20 ut *om.* Ur_1S, *corr.* *w* cum *om.* *F* loquimini *m*β dei *LH* ut det] ut *TC* decet *L* et ut *H* et prædicare *CΓ* 21 et *om.* *F* repletis *C* spu sco *imH* orare *H* 22 de his *L* 23 scientibus legem *TCLH* 25 struentes *L* israhelem *p* israelis *i* irhl β 26 nostra] sca *L* 26/27 unianimes *FCw*αγ 27 et — uiros *om.* *L* coepiscopos *LH* 28 nostrum pbtrm w_1CS pbtrm nostrum r_1LH aguntur *T*β augentur αγδ antea *H* agente *T* 29 a *om.* *FH* uestram sanctitatem *H* fraternitate *F* id] hic S_1 31 DAT — CONSS *om.* *LHΓ* data *Fimr* XII KL MAI BASILIO ET ANTHIOC///O VV CC CONS *F* MAIAS SS_1 maii *iv* madii *m* cons *p* coss *m* consulibus *i*

COMMONITORIVM PAPAE CAELESTINI EPISCOPIS ET PRESBYTERIS EVNTIBVS AD ORIENTEM

VIII Cælestinus commonitorium Arcadio et Proiecto episcopis et Philippo presbytero nostro missis ad Orientem in hac ipsa causa. Cum deo nostro, sicut credimus et speramus, auctore ad destinata uestra caritas uenerit loca, ad fratrem et coepiscopum nostrum Cyrillum consilium uestrum omne conuertite et quicquid in eius uideritis arbitrio, facietis. auctoritatem sedis apostolicæ custodiri debere mandamus. si quidem et instructiones quæ uobis traditæ sunt, hoc loquantur ut interesse conuentui debeatis, ad disceptationem si fuerit uentum, uos de eorum sententiis iudicare debebitis, non subire certamen. quod si transactam synodum et redisse omnes episcopos uideritis, requirendum est qualiter fuerint res finitæ. si pro antiqua fide catholica res gestæ sunt et sanctum fratrem meum Cyrillum Constantinopolim didiceritis profectum, ire uobis illo necesse est, ut epistolas nostras principi porrigatis. quodsi aliter actum est et in dissensione res sunt, ex ipsis rebus conicere poteritis quid cum consilio supra dicti nostri fratris agere debeatis.

DAT̄ VIII ID̄ MAĪ FFLL̄ BASSO ET ANTIOCHO V̄V̄ C̄C̄ CONS̄S̄ — d. 8. m. Mai. a. 431

EP̄L̄Ā PAPAE CAELESTINI AD THEODOSIVM AVḠ DE COLLIGENDA SYNODO

VIIII 1 Cælestinus Theodosio auḡ iuniori. Sufficiat licet sollicitudo clementiæ uestræ circa fidei catholicæ defensionem, cui pro Christi dei nostri amore, qui uestri imperii rector est, adesse modis omnibus festinatis, integram immaculatamque eam prauorum dogmatum damnato errore seruantes, in hoc semper munimen uestri constituentes imperii, scientes regnum uestrum sanctæ religionis obseruantia communitum firmius duraturum, sed huic caelesti curæ uel gloriæ unusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram in quantum ualemus, inpendimus et huic synodo, quam esse iussistis, nostram præsentiam in his quos misimus, exhibemus, pietatem uestram sub diuini obsecrantes obtestatione iudicii ne quid turbidæ nouitati licere uestra mansuetudo permittat neue facultas aliqua his qui diuinæ maiestatis potentiam in humanæ disputationis rationem artare contendunt, quo perturbetur pax ecclesiastica, tribuatur.
2 maior uobis fidei causa debet esse quam regni ampliusque pro pace ecclesiarum clementia uestra debet esse sollicita quam pro omnium securitate terrarum. subsequuntur enim omnia prospera, si primitus quae deo sunt, cariora seruentur. Abraham fide floruit omnemque orbem gloria suæ prosperitatis impleuit. Moses populi liberator zelo domini contra eos se quos a dei uero cultu recessisse probarat, armauit. Dauid regem sua praecepta seruantem in regno ut illi inimicos suos subderet, dominus custo-

---

VIII *JK 378* VIIII *JK 380*

U, *S* [= *wr*], *F*

1 COMMONITORIVM — ORIENTEM *US om. F* 2 Cælestinus *F* Cælestinus ep̄s *US* 2/3 arcadio — causa *F* episcopis et presbytero [P̄R̄B̄S̄ *w* presbiteris *r*] euntibus ad orientem *US* ep̄ō *F* 3 nostro[2] *US om. F* 4 caritas ueritas *F* 5 uideretis *w, corr. w* 9 transacta *F* resedisse *F* uideretis *w* 10 finita *F* antiquo *F* 11 dideceretis *wF, corr. w* 13 poteretis *F* 15 DATA *F* idum *w* 15 maiarum *S* FFLL̄ [= Flauiis] *scripsi* F̄F̄ DILECTISSIMI *F om. US* V̄V̄ C̄C̄ *om. US* consulibus *S*

16 *om. F* AVḠ — SYNODO *U* imperatorem *S* 17 Cælestinus ep̄s *US* iuniori *F om. Uw* salutem *r* licet *F* licet quod *US* uestræ clementiæ *US* 19 est et *F* eam *r* ea *Uw* et a *F* 20 seruantes *F* seruatis *US* constituentes *US* constitutis *F* 21 commonitum *F* 24 iussisti *F* 25 obsecratione *F* 26 neue *US* ne uel *F* 27 ratione *F* 31 gloriæ *F* moyses *US* 32 *post* domini *ins.* se *w*[2] se *F* si *US* ueri *w*[corr] uoro culto *F*

diuit. his ergo exemplorum uallati præsidiis, fide obseruatione uirtute uniuersalis ecclesiæ in deum nostrum piissimum cultum, ne sibi aliquid dissensio uindicet, custodite. pro uestri enim imperii geritur facilitate quicquid pro quiete ecclesiæ uel sanctæ religionis reuerentia laboratur.

3 Hæc, gloriosissime et tranquillissime imperator auguste, quæ in uestro corde esse nouimus, deum illic inesse non dubii, augustis etiam auribus per fratres et coepiscopos meos Arcadium et Proiectum et conpresbyterum meum Filippum, quos misimus, intimamus, hoc a pietate uestra suppliciter deposcentes quod uos habere credamus in uotis, ut quod a deo petitis, hoc fidei ipsius causa præstetis.

d. 8. m. Mai. a. 431 DAT VIII ID MAI FFLL BASSO ET ANTIOCHO VV CC CONS

EPISTOLA PAPAE CAELESTINI AD CYRILLVM EPISCOPVM ALEXANDRINVM

X 1 Cælestinus Cyrillo episcopo Alexandrino. Intellego sententiam sapientissimi Salo-
Prou. 25, 25 monis impletam; non enim aliter quam sitiens aquam frigidam, de terra longinqua
iteratum nuntium per litteras tuæ dilectionis accepi, quæ nos inuicem nobis consilii
participatione coniungunt. indifficulter est ecclesiarum et catholicæ fidei speranda
tranquillitas, quando pro hac elaborare Christianissimos principes sic uidemus; non est
inefficax in diuinis maxime causis cura regalis, quæ pertinet ad deum qui fideliter tenet
Prou. 21, 1 2 corda regnantium. itaque breuiter responsum tuæ reddimus sanctitati. etenim
quæris utrum sancta synodus recipere debeat hominem a se prædicata damnantem
an quia indutiarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret. super hoc
utrique consultatione communi communem dominum consulamus. nonne nobis re-
Ezech. 18, 32 spondet ilico per prophetam mortem se nolle morientis et per apostolum Paulum omnem
1 Tim. 2, 4 hominem uelle saluum fieri et uenire ad scientiam ueritatis? numquam displi-
cet deo accelerata in quocumque correctio. tuæ sit hoc sanctitatis uel uene-
rando fratrum concilio diuinitus forte seruatum ut orti intra ecclesiam strepitus con-
3 primantur et finitum deo iuuante negotium uotiua correctione discamus. conuentui
autem nos deesse non dicimus; neque enim ab his absentes esse possumus quibus nos
ubicumque positis fides tamen una coniungit. nolo nos corpore isto censeri cuius
2 Cor. 10, 10 præsentiam apostolus adsignat infirmam; illic sumus qui id quod illic pro omnibus
agitur, cogitamus; spiritaliter agimus quod corporaliter facere non uidemur. studeo
quieti catholicæ; studeo pereuntis saluti, si tamen uoluerit ægritudinem confiteri. quod
ideo dicimus ne uolenti corrigere forsitan deesse uideamur. nam si et nobis susti-
Ies. 5, 2 nentibus uuam spinas sibi addiderit, impleatur, manentibus statutis prioribus, sui

---

X *JK* 377

U, *S* [= *wr*], *F*

1 ergo *F* rogo *US* præsidio *US* 2 cultu *F* 3 *post* imperii *ins.* munimine *w*² salute *r*^{mg} facilitate *F om. US* 8 uos *om. F* 9 ut *US* et *F* fidei *F* in fidei *Ur* in fide *w* 10 DATA *UF* VIII *F om. US* idum *w* iduum *r* MAIARVM *US* FFLL [= Flauiis] *F om. US* VV CC *F om. US* CONSVLIB. *U* conss *w*

11 *om. F* 12 Cælestinus eps *US* coepiscopo *F* alexandrino frī *w* 14 per *ex* par *corr. w* 15 sperando *F* 17 regales qua pertinent *F* qui — tenet *US* flebiliter *F* 19 homine *F* 21 consolatione *Fw* consolamus *Fw*, *corr. w* 21/22 respondit *F* 23 hominem *US om. F* 25 diuinitus — seruatum *FU om. S* permissum *w*² intra *FU* in *S* ecclesia *w*corr 28 ubique *F* 29 qui id *FU* quid *S* qui *w*corr *r*corr 31 pereuntes *F* egritudini *F* 32 uidemur *F* et si uobis *F* 33 sibi *US om. F*

fructu iudicii; colligat quod sulco diabolico seminauit. non nostro consilio, sed se periturus auctore probat nos ueloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, Ps. 13, 3 quando sibi etiam remedium cognoscat oblatum. hi autem quos erga catholicam fidem tua fraternitas dicit se habere suspectos, si scripta direxerint, pro qualitate rerum eis nos respondere necesse est, in quo negotio nemo subripiat, quia tota cautione tractatur.

DAT NONARVM MAIARVM BASSO ET ANTIOCHO VV CC CONSS d. 7. m. Mai. a. 431

EXEMPLARIA GESTORVM QVAE ACTA SVNT IN SANCTA SYNODO EPHESENA METROPOLI DE RECTA FIDE

XI 1 Post consulatum dominorum nostrorum Flauii Theodosii XIII et Flauii Valentiniani tertio pp augg XI kal Aug synodus celebrata in Ephesenorum metropoli ex decreto d. 22. m. Iul. a. 431 religiosissimorum et Christianissimorum imperatorum et sedentibus in sancta ecclesia quæ uocatur Maria, reuerentissimis et sanctissimis episcopis

1 Cyrillo Alexandriæ, optinente et locum sanctissimi archiepiscopi Romanorum ecclesiæ Cælestini
2 et Iuuenale Hierosolimorum
3 et Memnone Ephesenorum
4 et Flauiano Filippensium, optinente locum Rufi reuerentissimi episcopi Thessalonicensium
5 et Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ
6 et Firmo Cæsariæ Cappadociæ primæ
7 et Acacio Melitinæ Armeniæ
8 et Iconio Gortynæ Cretæ
9 et Perigene Corinthi Helladis
10 et Cyro Afrodisiadis Cariæ
11 et Valeriano Iconii
12 et Esychio Parii
13 et Hellanico Rodi
14 et Dynato Nicopoleos Epiri ueteris
15 et Euchario Dyrrachii Epiri nouæ
16 et Perrebio Farmali
17 et Eudoxio Chomatis Lyciæ
18 et Siluano Cheretaporum Phrygiæ
19 et Vereniano Pergæ Pamphyliæ
20 et Amphilochio Sidæ Pamphyliæ
21 et Epiphanio Cratiæ Honoriadis
22 et Gregorio Cerasuntis Ponti Polemoniaci
23 et Prothymio Comanæ
24 et Palladio Amasiæ hellesponti

XI *Græce extat in V 33 S 25 A 32.* *uersio desumpta est ex Collectione T 24 et 46*

U, *S* [= *wr*], *F* [*usque ad* 7]

2 auctore *US om. F* 3 hii *F* his *US* 4 tua *US om. F* susceptos *F* 5 subripiat *F* subripiet *US* 7 DATA *F* non̄ *S* CONSS *Uw* CONS *Fr*

8 ephesina *S*, *corr. w* 11 *temporis notatio ex gestis d. 22 m. Iul.* [A^{73} = *TC* 46] *desumpta est* ephesinorum *S* 13 *ex* A^{78} T^{46} *desumptus cf. V 33 et uol. IIII p. 28, 14. 31, 15* 21 epipanio *US* 23 prothumio *US* 24 hellesponti = *T*, *corruptela Græca pro* Ἑλενοπόντου

25 et Senecione codrorum
26 et Acacio Arcæ
27 et Docimasio Maroniæ Thraciæ
28 et Iohanne Proconissi
29 et Danihele Coloniæ secundæ Cappadociæ
30 et Romano Raphiæ
31 et Pauliniano Maiumæ
32 et Paulo Anthedonis
33 et Fido Ioppæ
34 et Iohanne Sycomazonis
35 et Theodoro Gadaron
36 et Letoio Libiadis
37 et Abdella Elusæ
38 et Theodoro Aridellorum
39 et Petro Parenbolorum
40 et Iohanne Augustopoleos
41 et Saida Phenus
42 et Rufino tabon
43 et Anysio Thebarum
44 et Callicrate Naupacti
45 et Domnino Opuntis
46 et Nicio Megarensium
47 et Agathocle Coloniæ
48 et Felice Apolloniæ et Bellidis
49 et Theodoro Dodonæ
50 et Anderio Chersonesi Cretæ
51 et Cyrillo Cylon Chersonesi
52 et Paulo Lampæ
53 et Zenobio Cnosi
54 et Luciano Toperi Thraciæ
55 et Ennepio Maximianopoleos
56 et Secundino Lamiæ
57 et Dione Thebarum Thessaliæ
58 et Theodoto Echinei
59 et Martyrio Elistrorum
60 et Thoma Zerbæ
61 et Athanasio Parositi
62 et Themistio Iassi
63 et Apthoneto Heracleæ
64 et Fileto Amyzonis
65 et Apella Cibyræ
66 et Spudasio Cerameorum
67 et Archelao Myndi
68 et Fania Arpasorum

U, *S* [= *wr*]

25 senicione *S* senitione *U* codrorum = *T* [scodrorum *C*] 31 paulianiano *US* 35 gadaro *U* rogadaro *S* 36 letogio [lætogio *U*] lybiadis *US* 38 adidellorum *US* 46 et *om.* *S* 50 cersonesi *U* censonesi *S* 51 ceronensi *US* 53 zenouio *US* 62 themestio *US* 64 amizonis *US*

69 et Promacho Alindorum
70 et Filippo Pergamorum Asiæ
71 et Maximo Cymæ
72 et Theodoro Myrinæ
73 et Maximo Assi
74 et Euporo Ypeporum
75 et Alexandro Arcadiopoleos
76 et Eutyche Theodosiopoleos
77 et Rodone Paleas poleos
78 et Eutropio Euazorum
79 et Afobio Coloæ
80 et Nestorio Siorum
81 et Heracleone Tralleorum
82 et Theodoto misæ
83 et Theodoro Anineti
84 et Timotheo Briulorum
85 et Theodosio maustrorum
86 et Tychico Chytrorum
87 et Eusebio Clazominorum
88 et Euthalio Colofonis
89 et Modesto Aneorum
90 et Theodosio prenæ
91 et Eusebio Magnisiæ Sipyli
92 et Sapricio Paphi Cypri
93 et Zenone Curii Cypri
94 et Regino Constantiæ
95 et Euagrio Solorum
96 et Cæsario chorepiscopo
97 et Tribuniano Aspendi Pamphyliæ
98 et Nunechio Selgæ
99 et Solone Caralliæ
100 et Acacio Cotenorum
101 et Nesio Corybrassi
102 et Matiziano Coracensiorum
103 et Nectario ennorum
104 et Eutropio Etennon
105 et Tariano Lyrbæ
106 et Eusebio Aspanorum Galatiæ
107 et Filumeno Cinnæ
107[a] [et Strategio]
108 et Eusebio Heracleæ Honoriadis

U, *S* [= *wr*]

69 promaco *US* 71 cymiæ *US* 72 *in ceteris catalogis* Dorotheo 74 ypetporum *US* 77 rodorone *U* 79 afouio *US* 82 misæ *S* missæ *U* [mysæ *TC*, *corruptela Græca pro* Νύσης] 84 bruilorum *US* 85 maustrorum *US* [mastrorum *T* mastaurorum *C*] 88 locofonis *US* 90 prenæ *S* prænæ *U* [prinæ *T* prienæ *C*] 92 papi *S* 93 zonone carii *S* 98 nonnethio *US* 101 nesso *US* 103 ennorum *US*, *corruptela Græca pro* Σεννέων 106 aspanorum *US* [= *T*] 107a stategio *S*, *repetitum ex 126*

109 et Paralio Andraporum hellesponti
109a [et Siluano Cerataporum]
110 et Hermogene Rinocurorum
111 et Euoptio Ptolomaidis Pentapoleos
112 et Eusebio Pelusii
113 et Eulogio Terenuthidis
114 et Adelfio Onufeos
115 et Paulo Fragoneos
116 et Philammone Copti
117 et Theopompo Cabaseorum
118 et Macario Metileos
119 et Adelfio Saeos
120 et Macedonio Xoeos
121 et Marino Eliopoleos
122 et Metrodoro Leontorum
123 et Macario Anteorum
124 et Pabisco Apollonis
125 et Petro Oxyrinchi
126 et Strategio Athribidis
127 et Athanasio Paralli
128 et Siluano Coprithidis
129 et Iohanne Efesti
130 et Aristobolo Thimueos
131 et Theone Sethroitu
132 et Lampetio Cassii
133 et Cyro Acheorum
134 et Poplio Olbiæ
135 et Samuhele Dystheorum
136 et Zenobio Barcæ
137 et Zenone Teuchiron
138 et Danihele Darneos
139 et Sopatro Septimiacæ
140 et Eusebio Nilopoleos
141 et Heraclide Heracleus
142 et Chrysaorio Afroditis
143 et Andrea Hermopoleos
144 et Sabino Panos
145 et Abraham Ostracinæ
146 et Hierace Aphnaiu
147 et Alypio Selæ
148 et Alexandro Cleopatridis
149 et Isaac Tauæ
150 et Ammone Buti

U, *S* [= *wr*]

109 hellesponti [= *TC*, *corruptela Græca pro* Ἑλενοπόντου] 109a *repetitum ex* 18 112 pelasii *S* 115 fraganeos *U* 116 phimammone *US* 117 *in ceteris catalogis* Theopempto cauaseorum *US* 126 stragio libidis *US* 134 oluiæ *US* 136 zenouio *US* 142 crisaorio *w* crisacrio *r* crisario *U* 146 heracæ *US*

151 et Heraclio Thyneos
152 et Isaac Heliarchiæ
153 et Heraclio Tamiathidos
154 et Theona Psinchus
155 et Ammonio Panefysi
156 et Bessula diacono Carthaginis
et Arcadio et Proiecto reuerentissimis episcopis et legatis et reuerentissimo presbytero Philippo apostolicæ Romanæ sedis et legato

2 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Cum primum reuerentissimus Nestorius ecclesiæ Constantinopolitanæ creatus esset episcopus, nondum multis transactis diebus, prolatæ sunt de Constantinopolim a quibusdam expositiones eius, quæ turbabant legentes, ut multus ex hac causa sanctis fieret tumultus ecclesiis. hoc cum didicisset reuerentissimus episcopus Alexandriæ Cyrillus, scripsit primam et ep. 13. 14 secundam epistulam ad reuerentiam eius, suasionis et admonitionis plenas. ad ep. 15 has rescripsit rennuens et contradicens mandatis. insuper etiam cum agnosceret idem reuerentissimus episcopus Cyrillus quia et Romæ missæ essent ab eo epistolæ ep. 3. 4 et codices expositionum eius, scripsit et ipse ad reuerentissimum episcopum Romæ Cælestinum per Posidonium diaconum, demandans ei quia si inuenti fuerint redditi ipsi codices expositionum eius et epistolæ, redde et meas epistolas; si uero non, affer eas huc non redditas. iste inueniens expositiones et epistolas ei redditas, necessario et ipse reddidit et scripta sunt quæ conpetunt, a sanctissimo et reuerentissimo Romanorum ecclesiæ episcopo Cælestino, formam certam continentia. quoniam ep. 2 igitur ex imperiali et religioso nutu sancta uestra synodus congregata est hic, rursus edocemus necessario quoniam de his chartas præ manibus habemus ad id quod placuerit uestræ reuerentiæ.

3 Iuuenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Legatur religiosissimorum et amatorum Christi nostrorum imperatorum scriptum ad singulos metropolitanorum destinatum et præfulgeat nunc celebrandis gestis.

4 Quod prolatum per religiosum Petrum presbyterum Alexandriæ lectum est ita

XII 1 Imperatores Caesares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi semper augusti Cyrillo episcopo. Pendet a dei pietate nostræ reipublicæ status et multum his inest cognatio et societas. habent enim se ipsas inuicem et utraque ex alterius promotione concrescit, ut uera religio iusto actu, res publica uero ex utrisque sustentata præfulgeat. ad imperandum igitur constituti a deo, complices autem pietatis et bonæ actionis subiectorum existentes, indisruptum semper quod his conuenit, custodimus, prouidentiæ et hominum mediatores. illi quidem subministramus ad rei publicæ augmentum; per omnia autem, sicut dici potest, utilitates subiectorum sequentes, hos et pie agere et conuersari secundum quod conuenit piis, efficimus. utriusque, sicut decet, curam gerentes (non enim possibile est unum defendentem non similiter et de altero esse sollicitum), festinamus ante omnia aliis omnibus præponere ecclesiasticum statum deo condecentem et nostris temporibus aptum permanere et

XI 2—4 *Græce extat in V 34. 35.* *subiacet uersio Collectionis T 24, sed haud raro correcta*
XII *Græce extat in V 25 S 24 A 30.* *desumpta est uersio ex Collectione T 22 plurimis locis correcta et mutata*

U, S [= *wr*]
154 theona psimchus *U* theonam simchus *S*
11 constantinopoli *U* 12 multas *U*, *corr. U* multa *w* [*cf. T*] 20 ei *US* [= *T* eius *C*] 23 notu *S* 27 metropolinatorum *S* 30 uictores et *U* 33 promotione $w^{corr}r$ promonitione *Uw* 36 prouidentiæ *in* prouidentia dī *corr. w* mediatoris *w* 40 aliis omnibus præponere *superflua*

habere ex concordia cunctorum quietem per pacis tranquillitatem ecclesiasticis rebus insitæ, accedere autem ad piam religionem et inreprehensibilitatem et eos qui in clero sunt et qui maius sacerdotium regunt, ab omni culpa quæ in uita est, liberari.

2 Hæc igitur prouidentes per dei caritatem et per inuicem se amantium piorum sententiam confortari, sæpius quidem iam propter hæc quæ diuersis temporibus contigerunt, necessariam uniuersorum episcoporum reuerentissimam synodum æstimauimus, pigri tamen facti sumus de uexatione eorum. sed præsentium ecclesiasticarum, quæ necessariæ sunt, et publicarum, quæ his adiunctæ, causarum quæstio utilem et inrecusabilem eam ostendit, ne propositæ tam utilissimæ rei quæstio si neglegatur, ad peiorem ordinem conuertatur, quod est a temporibus nostræ pietatis alienum.
d. 19. m. Apr. a. 431 curam ergo gerat tua reuerentia post exactum deo iuuante sanctum uenturum pascha
d. 7. m. Iun. a. 431 ad Ephesum Asiæ peruenire ipso die sanctæ pentecostes, paucos, quos approbauerit, ex eadem prouincia sibi subiecta sanctissimos episcopos ad idem concilium faciens conuenire, ut et sint sufficientes sanctissimis ecclesiis eiusdem prouinciæ et ad concilium
3 qui idonei sunt, nullatenus desint. scripta enim sunt exemplaria a nostra diuinitate de prædicto sancto concilio reuerentissimis episcopis uniuersis metropolitanis, ut hoc facto omnis turbela quæ ex controuersia nascitur, secundum ecclesiasticas regulas dissoluatur et his quæ decenter facta non sunt, correctio præbeatur, et ut reuerentia circa deum et firmitas publicæ utilitati proueniat, ut nulla scilicet specialis nouitas a quibusdam fiat ante sanctum concilium et sententiam ab hoc de rebus omnibus proferendam. et constat quidem apud nos unumquemque reuerentissimorum sacerdotum cognoscentem quod ecclesiasticarum et uniuersarum rerum gratia sit hoc sanctissimum concilium, pro hac nostra sanctione festinare concurrere, ut tam rei necessariæ et deo placitæ, quantum possibile sit, subueniat; et nos uero pro his multam sollicitudinem gerentes neminem deesse patiemur, nec ullam habebit neque apud deum neque apud nos excusationem qui non continuo secundum prædictum tempus ad constitutum locum festinanter occurrerit. qui enim uocatur ad sacerdotale concilium et non alacriter concurrit, non bonæ esse conscientiæ demonstratur.

d. 19. m. Nou. a. 430 DAT XIII KAL. DECEMBR. CONSTANTINOPOLIM CONS DOMINORVM NOSTRORVM THEODOSII DECIES TER ET VALENTINIANI TERTIO AVGVSTORVM

4 Firmus episcopus Cæsariæ Cappadociæ dixit: Hoc nobis testimonium exhibeatur a reuerentissimo et sanctissimo ciuitatis Ephesi Memnone quantus numerus dierum præteriit post aduentum nostrum.

5 Memnon episcopus Ephesi dixit: A præfinitis indutiis in religioso et deoamabili scripto transierunt dies sedecim.

6 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Sufficienter sancta et magna synodus sustinuit expectans aduentum eorum qui uenire expectabantur reuerentissimorum episcoporum. quoniam uero multi episcoporum, alii quidem in ægritudinem inciderunt, defuncti sunt autem et alii, et consequens est quod decretum est, agi et quæ de fide sunt, comprehendere ad utilitatem uniuersitatis quæ sub cælo est, unde legantur in ordine quæ ad causam conueniunt chartæ, maxime quia et secundum decretum piissimorum et amatorum Christi imperatorum lectum est huic synodo per magnificum et gloriosum comitem

---

XII 4—30 *Græce extant in V 36—44.* *uersio desumpta ex Collectione T 24, sed non sine correcturis*

U, S [= *wr*]
4 sui *S* priorum *US* 6 necessaria *U* 34 a *r* ad *w om. U* 38 aegritudine *w*

deuotissimorum domesticorum Candidianum, quod præcipit quæ fidei sunt, inquiri et disponi sine aliqua dilatione.

7 Theodotus episcopus Ancyræ dixit: Chartarum quidem lectio erit secundum oportunum tempus; nunc autem consequens est in his quæ geruntur, simul esse et reuerentissimum episcopum Nestorium, ut ea quæ de pietate sunt, stent ex communi sententia et ex consensu.

8 Hermogenis episcopus Rinocurorum dixit: Destinati sumus hesterno die a uestra reuerentia commonere reuerentissimum Nestorium quia debet consedere in synodo, et non ignorauit diem huius sanctæ synodi et dixit: »interea uideo, et si oportuerit me uenire, uenio.«

9 Athanasius episcopus Parali dixit: Missi sumus a uestra reuerentia hesterno die quatenus commemoraremus reuerentissimum Nestorium consedere in sancta synodo, aduenimus uero ad eum commonentes eum de hoc. ille autem adfirmauit dicens quia »uideo, et si oportuerit me uenire, uenio«.

10 Petrus episcopus Parembolorum dixit: Hesterno die destinati sumus a uestra reuerentia ad reuerentissimum Nestorium commonere eum quia in illa die consessura est synodus, et respondit dicens quia »uideo, et si oportuerit me uenire, uenio.« commoniti sunt autem et qui ibidem erant reuerentissimi et dei amatores episcopi, existentes minus plus sex aut septem, et dixerunt et ipsi: »uidemus, et si probauerimus, crastino uenimus.«

11 Paulus episcopus Lampæ dixit: Sancta uestra et beata synodo præcipiente ire nos ad reuerentissimum Nestorium et commonere eum ut hodierna die adueniret ad sanctam uestram et beatam synodum, et adueniens et ego cum aliis sanctis fratribus qui iam deposuerunt, commonui eum quatenus in hodiernum diem adueniret in sanctam uestram synodum et consederet. qui uero dixit: »si probauero, tunc uenio.« non solum uero ipsum ammonuimus, sed et alios qui inuenti sunt cum eo reuerentissimos episcopos existentes; erant autem plus uel minus sex uel septem episcopi.

12 Flauianus episcopus Filippensium dixit: Pergentes aliqui reuerentissimorum episcoporum commoneant et rursus aduenire eum et consedere in sancta synodo.

13 Et destinati sunt a sancta synodo Theodolus episcopus Eleusæ Palestinæ, Anderius episcopus Chersonensi Cretæ, Theopemptus episcopus Cabasorum Aegypti, Epafroditus lector et notarius reuerentissimi episcopi Ellanici Rodiorum ciuitatis, portantes anagnosticum sanctæ synodi ad ipsum reuerentissimum episcopum Nestorium, continens ita

14 Oportebat quidem ammonitam uestram reuerentiam hesterna die per reuerentissimos et sanctissimos episcopos ut conueniat ad sanctum synodam quæ hodierno die celebratur in sancta et catholica ecclesia, et non deesse ab ea. quoniam autem congregatæ sanctæ synodo deest tua sanctitas, necessario iterum per Theopemptum et Theodolum et Anderium reuerentissimos et uenerabiles episcopos et Epafroditum lectorem et notarium ciuitatis Rodi rogamus te conuenire et non deesse his quæ geruntur, cum præcipue piissimi et dei amatores imperatores præceperint omnia prætermittentes nos firmationem fidei facere.

U, *S* [= *wr*]

1 quod *T* quo *US* 3 quidem *om.* *U* 7 externo *w* 11 aparali *S* 11. 15 externo *Uw* 30 desti *w* Theodolus *cf.* 39 *et* *p.* 34, 17 theodosius *US* eleusæ *US* [eleusiæ *T*] 31 cheronensi *S* cheronensis *U* theodopompus *US* cauasorum *US* 35 externa *Uw* 38 theopemtum *US* 39 apafroditum *S*

15 Et cum redissent, Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Quoniam aduenerunt qui a sancta synodo missi sunt reuerentissimi et uenerabiles episcopi, postulamus eos deponere quale responsum acceperint.

16 Theopemptus episcopus Cabasorum dixit: Missi ab hac sancta et magna synodo ad reuerentissimum Nestorium, uenimus in eius domum et uidentes multitudinem militum cum fustibus rogauimus nuntiari. isti autem prohibuerunt nos dicentes: »secretum habet et deambulat, et iussi sumus nemini concedere ingredi et conloqui ei.« nobis autem dicentibus inpossibile esse nos desistere, nisi accipiamus responsum, transmisit enim ad eum sancta synodus anagnosticum rogans simul cum eis consedere, exeuntes uero clerici eius similia militibus [eius] nobis responderunt. cum autem insisteremus responsum quærentes accipere, exiens deuotissimus tribunus Florentius, qui cum Candidiano erat comite deuotissimorum domesticorum, fecit nos manere tamquam responsum nobis adlaturus, et expectauimus. postea exiens cum clericis eius dixit ad nos: »ego quidem nec uidere eum potui, mandauit uero mihi ut dicam reuerentiæ uestræ quia postquam conuenerint omnes episcopi, conuenimus nos inuicem.« nos uero contestati et ipsum et omnes præsentes milites et clericos eius recessimus.

17 Theodolus episcopus Eleusæ dixit: Et ego eadem audiui et eadem depono.

18 Anderius episcopus Chersonensi Cretæ dixit: Et ego secundum definitionem sanctæ uestræ synodi adueniens illuc eadem dixi et audiui quæ sine prætermissione deposuerunt qui mecum fuerunt reuerentissimi episcopi.

19 Flauianus episcopus Filippensium dixit: Quoniam nihil conuenit prætermittere pertinentium ad consequentiam ecclesiasticam, cum manifestum sit quoniam heri et hodie secundo admonitus reuerentissimus Nestorius non occurrit, et tertio iterum anagnostico ammonebitur, transeuntibus uidelicet Anysio episcopo Thebarum Hellados et Domno episcopo eiusdem Hellados et Iohanne episcopo Efesti Augustamnicæ et Danihele episcopo Darneos Libyæ reuerentissimis conministris nostris et tertio commonentibus eum.

20 Et ierunt cum Anysio lectore et notario Firmi episcopi Cappadociæ portantes anagnosticum, continens ita

Tertia hac euocatione reuerentiam tuam conuocat sanctissima synodus oboediens regulæ et præbens tibi indutias et patientiam: dignare uel nunc occurrens satisfacere de his quæ dicunt te dixisse coram populo de hæreticis dogmatibus in communi ecclesia, sciens quia si non occurrens satisfeceris ad ea quæ scripto uel sine scripto contra te dicuntur, necesse habebit sanctissima synodus quæ placent sanctissimorum patrum regulis, in te definire.

21 Quibus reuersis Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Quoniam et nunc reuersi sunt qui missi fuerant reuerentissimi episcopi, petimus et ipsos deponere quale responsum meruerunt.

22 Iohannes episcopus Efesti dixit: Missi a sancta hac et dei amatrice synodo, quatenus per anagnosticum tertium commoneremus reuerentissimum Nestorium concurrere ad sanctam synodum, ut præsente sanctitate eius libri fidei discuterentur, consequenter

---

U, *S* [= *wr*]
4 theopemtus *US* cauasorum *US* 10 eius *om.* *T* 13 spectauimus *U* 15 conuenerunt *S* 18 chersonensis *U* 26 dardaneos *S* 29 continentem *U* 30 tertia *om.* *U* uocatione *U* 32 dommatibus *S*, *corr.* *w* 34 scissimarum *w*

præceptis nobis a uestra reuerentia aduenimus ad eius diuersorium et ad ianuas uenientes inuenimus multitudinem militum cum fustibus stantium ante ipsas ianuas. petiuimus eos ut præciperent nobis ad ianuas aduenire domus in qua erat ipse reuerentissimus Nestorius, uel ipsos nos nuntiare missos a sancta synodo cum anagnostico tertio mitius eum et cum omni lenitate uocante ad sanctam synodum. et multum commorati sumus, neque iuxta umbram stare permissi a militibus repellentibus nos atrociter et remouentibus nos a locis et nullum nobis humanum responsum præbentibus. cum uero diu permansimus rogantes et dicentes quia »quattuor sumus numero episcopi, non iniuriæ causa missi nec iniuriosum quiddam ⟨agere⟩ quod non conpetit, sed ut cum consequentia et nunc admonere ad sanctam hanc ecclesiam aduenire et consedere huic sanctæ synodo«, postea milites reppulerunt nos dicentes nullum aliud nos responsum accipere [dicentes], licet usque ad uesperam expectassemus ad ianuas domus. adiecerunt uero et hoc dicentes propter hoc stare ante ianuas, ut non permittant alicui de synodo ingredi, et hæc ab ipso accepisse mandata.

23 Anysius episcopus Thebarum dixit: Quæ deposuit sanctissimus frater et conminister Iohannes, uera sunt. diu enim stantibus nobis ante ianuas reuerentissimi Nestorii, hæc uidimus et audiuimus.

24 Domnus episcopus Oponti Helladis dixit: Quæ deposuerunt sanctissimi et reuerentissimi fratres et comministri Iohannes et Anysius, hæc ego uidi et audiui.

25 Danihel episcopus Darneos dixit: Quæ deposuerunt reuerentissimi episcopi, hæc audiui et uera sunt.

26 Iohannes episcopus Augustopoleos dixit: Quæ deposuerunt reuerentissimi episcopi, hæc audiui et depono.

27 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Dum ecclesiasticæ leges sufficere can. ap. 70 dicant tertiam euocationem ad satisfactionem euocatorum de quibus accusantur, parati eramus ex superfluo et per quartum anagnosticum per reuerentissimos episcopos iterum uocare eundem reuerentissimum Nestorium; quoniam uero collegium militum circumsistens suam domum, sicut qui ibi missi sunt reuerentissimi episcopi deposuerunt, non concessit accedere, manifestus est non bona conscientia ad sanctam synodum aduentum recusans. unde consequentia agantur secundum regularem ordinem et quanta conueniunt ad statum rectæ nostræ et piæ fidei, legatur autem in primis expositio fidei a sanctis patribus et episcopis qui Nicæa conuenerunt trecentis decem et octo, quatenus huic expositioni collatis de fide sermonibus consonantes quidem confirmentur, discrepantes autem eiciantur.

28 Et lectum est symbolum ita

Nicæna synodus fidem exposuit hanc: Credimus in unum deum patrem omnipotentem, uisibilium et inuisibilium creatorem; et in unum dominum Iesum Christum filium dei, natum ex patre unicum, id est ex substantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et in terra, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est et humanatus est et passus est et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, uenturus iudicare uiuos et mortuos; et in sanctum spiritum. dicentes autem »erat quando non erat« et »priusquam nasceretur, non erat« et quia

---

U, *S* [= *wr*]

9 agere *ex T addidi* 9/10 ut—admonere = ὥστε — ὑπομνῆσαι 11 alium *w* 12 dicentes *Uw om. r* 22. 23 *post* 19 *habet T*, *om. C et codd. Græci* 42 scm spm *U^corr* *S* spm scm *U*

ex non extantibus factus est uel ex altera substantia uel essentia dicentes esse aut conuertibilem aut mutabilem filium dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

29 Quo lecto Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Habemus præ manibus sanctissimi et reuerentissimi Cyrilli archiepiscopi epistolam scriptam ad reuerentissimum Nestorium, suasionis et ammonitionis plenam utpote non recte sapiente eo, quam si iusserit uestra sanctitas, legam.

30 Acacius episcopus Melitinæ dixit: Quoniam religiosissimus et reuerentissimus presbyter Petrus principium sermonis faciens ait missa esse quædam a reuerentissimo et sanctissimo episcopo Cyrillo ad reuerentissimum Nestorium utpote non recta doctrina utentem, consequens est et hæc legi.

Et lecta est

INCIPIT EPISTOLA SANCTI CYRILLI AD NESTORIVM PRIMA

XIII **1** Reuerentissimo et dei cultori consacerdoti Nestorio Cyrillus. Viri modesti et fide digni peruenerunt Alexandriam, deinde rettulerunt nobis quasi quod tua reuerentia indignetur satis et omnia conmoueat ad contristandum me. uolenti uero mihi tuæ
Coll. V 1 reuerentiæ tristitiam agnoscere dixerunt quia epistolam quæ facta est ad sanctos monachos, circumferunt quidam Alexandrinorum et odii occasio et molestiæ hæc facta sit.
2 miratus sum igitur si non illud magis tua reuerentia apud se cogitauit; non enim primum ex mea scripta epistola de fide facta est perturbatio, sed dictis quibusdam a tua reuerentia siue non dictis. uerumtamen chartis uel expositionibus quæ circumferuntur, laboramus nos, uolentes corrigere peruersos. prope enim ad hoc quidam uenerunt, ut non patiantur iam confiteri quia deus est Christus, organum autem magis et instru-
Loofs Nestor. p. 252, 10 mentum deitatis et homo deum ferens, et quid amplius quam hæc? erat ergo irasci nostrum pro his quæ dixit aut non dixit tua reuerentia; chartis enim quæ circumferuntur, non nimis credo. quomodo igitur tacendum est fide iniuriam perferente et tantis peruersis? an non adstabimus ante tribunal Christi et non satisfaciemus pro inepta
3 taciturnitate, dum ordinati sumus ab ipso ad dicenda quæ oporteat? quid autem faciam nunc (cogitare enim debeo cum tua reuerentia), nuntiante reuerentissimo et beatissimo Romanæ ecclesiæ episcopo Cælestino et reuerentissimis cum eo episcopis de perlatis nescio quomodo illuc chartis antea tuæ reuerentiæ; scribunt enim tamquam satis scandalizati. quomodo autem ab Orientalibus omnibus ecclesiis uenientes curabimus et contra chartas murmurantes? an forte arbitratur tua reuerentia quia modica ecclesiis exorta est perturbatio ex huiusmodi sermonibus? omnes sumus in anxietate et laboribus, eos qui alia sapiunt, nescio quomodo suasos transferentes

---

XII 29. 30. XIIII—XVII 12 *extant in Gestis concilii quinti; uersio ex hac ipsa collectione desumpta est* XIII *Hanc epistolam, quæ est 11 in Collectione CT, inepte ipsis gestis inseruit collector. Græce extat in V 2 S 2* [7] *A 10; altera uersio Latina habetur Marii Mercatoris in Coll. Palat. 27*

U, *S* [= *wr*], Σ [= *nσM; inde a* 4 Petrus presbyter]

4 primicirus *M* 7 sapientem eum *n* sapiente *M* 8 meletine *wn* militinæ *M* 9 dixit *n* 11 et hæc legi *om. n* 12 et lecta est *US* et prolata est epla scæ memoriæ cyrilli in epheso ita habens *sequitur epistula Cyrilli* Oblocuntur quidam Σ

13/14 EPISTOLA PRIMA SCI — NESTORIVM *S* 15 reuerendi modesti *S* 16 alexandria *U* 31 cum eo episcopis *Ur* cum quoepiscopis *w* coepiscopis *w*[2] 34 curauimus *US*

ad uerum. cum igitur necessitatem omnibus murmurandi tua reuerentia intulerit,
quomodo iuste accusat? quomodo autem odit et inaniter adclamat et non magis
emendat suum sermonem, ut compescat scandalum uniuersale? si enim præterfluxit
sermo utpote in populo currens, sed retractationibus corrigatur, et dignare donare uerbum
scandalizatis, dei genetricem nominans sanctam uirginem, ut sanantes contristatos
et rectam apud omnes opinionem habentes in pace et unanimitate populorum collectiones
celebremus. quoniam autem pro fide quæ in Christo est, omnia parati sumus pati
4 et ad uinculorum experientiam uenisse et ad ipsam mortem, non ambigat tua reuerentia.
ueraciter autem dico quia et superstite adhuc beatæ memoriæ Attico conscriptus est a
me codex de sancta et consubstantiali trinitate, in quo et liber est de incarnatione uni-
geniti, quibus nunc scripsi consona; et relegi quidem ea et episcopis et clero et amorem
habentibus audiendi laicis, edidi uero adhuc nulli. et fortasse edito libro incusabor
quia ante ordinationem reuerentiæ tuæ composui libellum.

ISTAM PRIMAM EPISTOLAM MISIT SANCTISSIMVS ARCHIEPISCOPVS CYRILLVS IMPIO NESTORIO CVM AGNOSCERET EVM MALE SAPERE

ALTERA EPISTOLA CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRIAE AD EVNDEM NESTORIVM

XIIII 1 Oblocuntur quidam, sicut audio, de mea opinione apud tuam reuerentiam, et hoc
frequentius, conuentus maxime nobilium obseruantes, ut puto, delectare tuum æsti-
mantes auditum, et inconsultas emittunt uoces, læsi quidem nihil, conuicti autem,
et hoc utiliter, unus quidem quia cæcos lædebat et pauperes, alter uero quod contra
matrem tetendit gladium, alius autem quod cum ancilla aurum furatus sit alienum,
et huiusmodi semper habens opinionem, quam non optet aliquis contingere aliquibus
etiam ualde inimicis. uerumtamen non mihi multus de talibus sermo est, ut non
ultra dominum et doctorem neque super patres existentis in me breuitatis extendam
mensuram. non enim possibile est prauorum inportunitates euitare, si quoquo modo
2 quis eligat uiuere. sed illi quidem maledictione et amaritudine plenum habentes Rom. 3, 14
os reddent omnium iudici rationem; conuertar autem rursus ego ad hoc quod me magis
condecet, et commemorabo etiam nunc, ut fratrem in Christo, doctrinæ uerbum et fidei
sensum cum omni cautela facere ad populos, cogitare etiam quia scandalizare unum Mt. 18, 6
solum ex pusillis credentibus in Christum intolerabilem habet indignationem. si
autem multitudo sit tanta mærentium, quomodo non omni arte necesse est ut oporteat
prudentius auferre scandala et sanum fidei dilatare sermonem quærentibus ueritatem?
erit autem hoc et ualde recte, si sanctorum patrum legentes libros magni eos æstimare
festinemus et probantes nosmet ipsos si sumus in fide, secundum quod scriptum est, 2 Cor. 13, 5
illorum rectis et irreprehensibilibus sectis nostros intellectus optime coniungamus.
3 Ait igitur sancta et magna synodus ipsum ex deo et patre naturaliter genitum
filium unigenitum, ex deo uero deum uerum, lumen de lumine, per quem omnia fecit
pater, descendisse, incarnari, humanari, pati, resurgere tertia die et ascendere ad caelos.

XIIII 1—7 *est uersio Coll. T VI correcta. Græce extat in V 4 S 11 A 12. aliæ uersiones Latinæ habentur* 1) *Marii Mercatoris in Collectione Palatina 26, ad quam proxime accedit uersio quæ inest gestis Chalcedonensibus,* 2) *in Collectione Quesneliana 66* [*uol. V 337—340*]

U, S [= *wr*], Σ [= *nσM*]

16 *om.* Σ*M* 17 *praemittit* Cultori consacerdoti nestorio cyrillus in dn̄o salutem *n* reuerentissimo et dei cultori et consacerdoti [et cumsacerdoti et *M*] nestorio cyrillus in domino salutem *Mσ* 19 læsi] ueri *M* 25 quo *nM* 26 maledictionum, u *in* e corr. *M* et amaritudine *om. M* 27 iudicie *M* 28 commonebo *M* 30 xp̄o *nM* 36 deo et patre *UnM* deo patre *Sσ*

hæc et nos sequi oportet uerba et dogmata, cogitantes quid incarnari et humanari significet ex deo uerbum. non enim dicimus quia uerbi natura conuersa facta est caro, neque quia in totum hominem qui est ex anima et corpore, translata est, illud autem magis quia carnem animatam anima rationabili uniens uerbum sibi secundum subsistentiam ineffabiliter et inconprehensibiliter factus est homo et appellatus est filius hominis, non secundum uoluntatem solam aut conplacitum, sed neque ut in adsumptione personæ solius, et quia differant quidem quæ ad unitatem ueram collatæ naturæ, unus autem ex utrisque Christus et filius, non quasi differentia naturarum ablata propter adunitionem, perfecerunt autem magis nobis unum dominum et Christum et filium
4 deitatis et humanitatis per ineffabilem et arcanum adunitionis concursum. sic etiam dicitur, cum ante sæcula habeat essentiam et genitus sit ex patre, nasci etiam secundum carnem ex muliere, non quasi diuina eius natura in sancta uirgine initium ut esset, acceperit, neque quod indiguerit necessario propter se secunda natiuitate post eam quæ ex patre est. est enim fatuum simul et indoctum existentem ante omnia sæcula et consempiternum patri dicere opus habere ut esset, secundum initium. quoniam autem propter nos et propter nostram salutem uniens sibi secundum subsistentiam quod est humanum, processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter. non enim primum homo natus est communis de sancta uirgine et sic descendit in eum uerbum, sed ex ipsa uulua adunitam sustinuisse dicitur natiuitatem carnalem, utpote suæ carnis
5 natiuitatem propriam faciens. sic dicimus eum et pati et resurgere, non quasi quod dei uerbum passum sit in sua natura aut plagas aut perforaturas clauorum aut quæcumque alia uulnera (inpassibilis enim est deitas, quia et incorporea est), sed quoniam quod factum est eius proprium corpus, passum est hæc, iterum ipse dicitur pati pro nobis; erat enim inpassibilis in corpore passibili. secundum eundem autem modum et in moriendo intellegimus. inmortale etenim secundum naturam et incorruptibile et uita et uiuificans est dei uerbum; quoniam autem proprium eius iterum corpus gratia dei
Hebr. 2, 9 secundum quod ait Paulus, pro omnibus gustauit mortem, dicitur ipse pati pro nobis mortem, non quasi quod in experimentum mortis uenerit quod adtinet ad eius naturam (stuporis enim est istud dicere aut sentire), sed, sicut nuper dixi, caro eius gustauit mortem. sic et resurgente carne eius, iterum resurrectio ipsius dicitur, non quasi quod ceciderit in corruptionem, absit, sed quia eius iterum resurrexit corpus.
6 Sic Christum unum et dominum confitemur, non quasi hominem coadorantes uerbo, ut non sectionis fantasia introducatur, cum dicitur co̅, sed ut unum et eundem adorantes, quia non alienum est a uerbo corpus eius, cum quo et ipsi consedit patri, non ut duobus iterum considentibus filiis, sed ut uno secundum unitionem cum propria carne. si autem secundum subsistentiam unitionem uel quasi inpossibilem aut indecoram recusamus, incidimus ut duos dicamus filios; omnino enim necesse est distinguere et dicere hominem quidem specialiter filii uocatione honoratum, specialiter autem iterum dei uerbum filiationis nomen et rem naturaliter habentem. non ergo diuidendus
7 est in duos filios unus dominus Iesus Christus. proderit autem nullo modo rectæ

U, *S* [= *wr*], Σ [= *nσM*]

2 uerbo *M* 4 uerbo *M* 6/7 adsumtionem *M* differunt Σ 9 adunationem *nσ* 10 inadfabile *M* adunationis *nσ* concorsam *M* 13 acciperet *U* acceperet *M* 17 quod est humanum *US* humanitatem Σ ob] ubi *M* obi *n*corr 18 cummuni *M* 21 sit] sed *M* perforatur *M* 24 eundem *USM* eum *σ* *om.* *n* modo *M* 25 inmortalem *US*Σ incorruptibilem *nM* 28 uenit Σ 29 stuporis *USσM* nefas *n* enim est *UrσM* est enim *w* est *n* 33 uerbum *M* co *USM* con *σ* *om.* *n* 34 a *om.* *M* ipse *rM* 35 consedentibus *SM* ut uno] unum *M* 36 inpossibile *M* 39 et rem] terrem *M* 40 in *om.* *M* duo *M*

fidei rationi ita dicere, licet personarum unitionem diuulgent quidam. non enim dixit scriptura quia uerbum hominis personam aduniuit sibi, sed quia factum est caro. Ioh. 1, 14
quod uero caro factum est uerbum, nihil aliud est nisi quia similiter nobis participauit sanguinem et carnem propriumque corpus nostrum fecit et processit homo ex muliere, Hebr. 2, 14
non abiciens esse deus et ex deo nasci patre, sed in adsumptione carnis permanens quod erat. hoc adnuntiat ubique integræ fidei ratio; ita repperiemus sanctos sapuisse patres; sic præsumpserunt dei genetricem dicere sanctam uirginem, non quod uerbi natura aut deitatis eius initium ut esset, accipiente a sancta uirgine, sed ut nato ex ipsa sancto corpore animato etiam rationabiliter, cui et secundum subsistentiam adunitum uerbum nasci dicitur secundum carnem. hæcque nunc ex dilectione quæ in Christo est, scribo, petens ut fratrem et contestans coram deo et electis angelis hæc nobiscum et sapere et docere, ut custodiatur ecclesiarum pax et concordiæ et dilectionis uinculum indisruptum permaneat sacerdotibus dei.

8 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Audiuit sancta et magna hæc synodus quæ scripsi reuerentissimo Nestorio defendens rectam fidem. certus autem sum quia nullo modo egressus inuenior a recta fidei ratione aut prætergressus expositum a sancta et magna synodo quæ illo tempore in Nicæa congregata est, symbolum, et peto uestram sanctitatem dicere utrum recte et irreprehensibiliter et consonanter sanctæ illi synodo talia scripserim an non.

9 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Perlecta sancta fide quæ in Nicæa, et epistola sanctissimi et reuerentissimi episcopi Cyrilli, et quæ a sancta synodo exposita sunt, consona inueniuntur et his piis dogmatibus consentio et hæc probo.

10 Firmus episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Conpendiose et capitulariter dicta a sancta synodo quæ in Nicæa est, exponens tua reuerentia subtiliter et ante pedes manifestiorem nobis et liquidiorem comprehensionem expositæ fidei fecit, ut nihil sit in dictis ambiguum, omnibus inuicem sibi consonantibus et fide firmata. his igitur integre se habentibus et inconuertibiliter et nullam innouationem inferentibus et ego consentio, eandem gloriam a sanctissimis episcopis meis patribus suscipiens.

11 Memnon episcopus Ephesi metropoleos dixit: Fidei expositæ a sanctis patribus trecentis decem et octo Nicæa congregatis consona et epistola quæ lecta est sanctissimi et reuerentissimi patris Cyrilli continet, quibus consentimus et quæ probamus, nihil minus inuenientes neque dissonans.

12 Theodotus episcopus Ancyræ dixit: Mirabilem existentem et piam et rectam expositionem sanctæ fidei quæ facta est a sanctis patribus trecentis decem et octo Nicæa congregatis, demonstrauit manifestius et certius epistola reuerentissimi patris et episcopi Cyrilli, in nullo dissonans ab expositione fidei illius; quæ uero conpendiosius dicta sunt, latius exposuit. unde consonantiam cognoscentes epistolæ et fidei trecentorum decem et octo sanctorum patrum et consentimus sicut illis, ita et patri nostro,

XIIII 8—20 *est uersio Coll. T 24 hic illic correcta; Græce extant in V 45. 46*

U, S [= *wr*, 22 inueniuntur et his — p. 40, 17 et sanctissimi *om. r*], Σ [= *nσM usque ad* 32]
1 deuulget *M* 4 proprium qui *M* adsumptionem *w* 6 repperimus *M* 7 genetrice *M* 8 accepit *n* accepta *σ* accipiat *M* a *om. M* natum *M* 9 subsistentia *M* 10 hæc quæ *US* hæc et *T*Σ 13 uinculo *M* indiruptum *U*corr indisrupto *M* indissolubile *n* 16 rectæ *n* rationem *n* 18 utrum] ut cum *M* 21 et¹ *om. M* 23 cæsariæ *M* 24 reuerentia *om. S* 25 manifestiorem *T* manifestam rem *US*Σ 26 sibi inuicem Σ fidei *M* 28 eadem *SM* fidem *M* 30 nicee *nσ* niciae *M* elicta *M* 31 et quæ *US* atque Σ 33 ancyriæ *U* 37 consonantia *US* 38 et consentimus *US* (concordamus et consentimus *T*)

qui per epistolam quæ illorum sunt, nota fecit, et hæc credimus quæ et ipsi exposuerunt et epistola memorati sanctissimi Cyrilli aperte exposuit.

13 Flauianus episcopus Filippensium dixit: Lecta nobis fide quæ Nicæa exposita est a congregatis in illa ciuitate sanctis patribus trecentis decem et octo, lecta etiam et epistola sanctissimi patris et episcopi Cyrilli quæ scripta est ad reuerentissimum Nestorium de fide, repperimus eam conuenientem apertius et manifestius in Nicæa expositæ fidei et multam lucem præbentem ad conprehensionem intellegentiæ dictorum. unde consentio et ego epistolæ scriptæ a sanctissimo patre et consacerdote Cyrillo, nullo modo dissentienti a recta fide, sed consonanti apostolicæ prædicationi et expositæ in Nicæa a sanctis patribus fide orthodoxis. consentire uero his adfirmo et sanctissimum patrem nostrum Rufum Thessalonicensem metropolitanum. hæc enim mihi aduenienti in hanc sanctam et magnam synodum dedit mandata, propter ægritudinem suam recusans hic aduenire. et omnes quidem credo qui de Illyrico sunt, eadem quæ ego, sapere et nihil ambigere de his quæ lecta sunt.

14 Acacius episcopus Melitenis dixit: Omni pietate et consonantia quæ circa patres trecentos decem et octo qui Nicæa fuerunt, plenam epistolam reuerentissimi et sanctissimi episcopi Cyrilli uidens, suscipio huius intellegentiam et eadem sapere confiteor. rursum et a principio ecclesiam eundem tenere consensum et de laboribus sanctorum patrum et traditionibus fidei scio.

15 Iconius episcopus Gortunæ dixit: Fide et expositione sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, lecta et epistola sanctissimi patris et episcopi Cyrilli, agnoscens consonam esse illis hanc expositionem, consentio similiter illis glorificans in nomine patris et filii et spiritus sancti. qui autem non sic sapiunt, eos eicere scio sanctam synodum.

16 Hellanicus episcopus Rodi dixit: Expositam orthodoxam fidem quæ in Nicæa est, sequor et epistolam sanctissimi et reuerentissimi episcopi Cyrilli consonam existentem, et hanc custodio fidem ueram et orthodoxam, et eis qui contra hanc sapiunt, deus quoque ipse resistit, et anathema sit qui non credit genetricem dei esse sanctam uirginem Mariam.

17 Palladius episcopus Amasiæ dixit: Lecta epistola reuerentissimi et sanctissimi patris nostri et episcopi Cyrilli conuenire per omnia approbatur expositæ fidei a sanctis patribus qui congregati sunt in Nicæa. recte igitur habere hanc et sicut dixi, consonare expositioni sanctorum patrum et congaudeo et consentio ei et similiter glorifico sicut ipse et sancti patres qui, sicut dixi, in Nicæa urbe congregati sunt.

18 Cyrus episcopus Afrodisiadis prouinciæ Cariæ dixit: Consonam et similem uirtutem habere fidei expositæ a sanctis patribus qui congregati sunt in Nicæa urbe, et ego epistolam respiciens sanctissimi et reuerentissimi episcopi Cyrilli quæ scripta est reuerentissimo Nestorio, idem depono quod sancti patres qui præcesserunt.

19 Et omnes qui supra scripti sunt episcopi eadem deponunt et sic credunt sicut patres exposuerunt et epistola sanctissimi archiepiscopi Cyrilli scripta ad Nestorium episcopum manifestat.

20 Palladius episcopus Amasiæ dixit: Consequens est et epistolam reuerentissimi Nestorii relegi, cuius mentionem fecit in initio religiosissimus presbyter Petrus, ut cognoscamus si et illa consonans est his quæ exposita sunt a sanctis patribus in Nicæa.

Et relecta est

U, *S* [= *w*, *inde a* 17 episcopi Cyrilli = *wr*], Σ [*inde a* 38]

21 epistula *r* epistolam *Uw* 27 deus quoque *scripsi* de quo *US* 31 recta *S* rectam *U* 38 *ante* Et *præm.* et postquam dixerunt centum xxiiii epi consonanter [consonantes *M*] in fine ita scriptum est Σ deponunt *U*Σ deposuerunt [= *T*] *S* 39 cyrilli *U*[corr] Σ *om.* *US* 42 nestoriæ *M*

INCIPIT EPISTOLA NESTORII AD SANCTVM CYRILLVM EPISCOPVM

XV 1 Venerabili et reuerentissimo conministratori Cyrillo Nestorius. Iniurias quidem quæ contra nos sunt, mirandarum tuarum litterarum dimitto utpote medicinali patientia dignas, dilata rerum ipsarum responsione usque ad tempus idoneum; quod autem taciturnitatem non patitur, quasi magnum ferat, si taceatur, periculum, hoc, ut possibile est, non ad multiloquium tendens, compendiosam narrationem facere temptabo, obscuræ et indigestæ loquacitatis cauens fastidium. incipiam autem a sapientissimis tuæ dilectionis uocibus, ipsas isdem sermonibus adponens. quæ sunt igitur ammirandæ tuarum litterarum doctrinæ uoces?

Sancta inquit et magna synodus ipsum ex deo et patre secundum naturam genitum filium unigenitum, ex deo uero deum uerum, lumen de lumine, per quem omnia fecit pater, descendisse, incarnari, humanari, pati, resurgere. p. 37, 36-38

2 Hæc sunt tuæ reuerentiæ uerba, et cognoscis forte tua. audi uero et a nobis fraternam pro pietate admonitionem et quam magnus ille Paulus amato a se Timotheo contestatus est: attende lectionem, consolationem, doctrinam. hoc enim faciens, et te ipsum saluum facies et audientes te. quid autem uult hoc quod dico attende? quia sanctorum ex superficie legens traditionem, uenia dignam ignorantiam ignorasti, eos passibilem dixisse arbitratus patri consempiternum uerbum. inspice autem, si placet, dicta diligentius et diuinum illum repperies patrum chorum non consubstantialem deitatem passibilem dicentes nec recens natam patri consempiternam nec resurrexisse eam quæ solutum templum suscitauit. et si mihi aures in fraternam medellam præbueris, ipsas tibi sanctorum patrum uoces adponens, a calumnia quæ contra illos est, liberabo et ab illa quæ contra diuinas scripturas per illos est. 1 Tim. 4, 13. 16

3 Credo igitur et in dominum nostrum Iesum Christum filium eius unigenitum. considera quomodo dominus et Iesus et Christus et unigenitus et filius primum ponentes, communia deitatis et humanitatis, ut fundamenta, nomina, tunc humanationis et resurrectionis et passionis superædificant traditionem, ut nominibus naturæ utriusque communibus quibusdam significatiuis propositis neque filiationis et proprietatis secetur neque naturarum in filiationis singularitate confusionis exterminatione periclitetur.
4 in hoc enim eis eruditor Paulus factus est, qui humanationis diuinæ mentionem faciens et ea quæ passionis sunt, inlaturus, prius ponens Christus, commune, sicut paulo ante dixi, naturarum nomen, infert dictum utrisque condecens naturis. quid enim dixit? hoc sapiatur in uobis quod et in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse [se] æqualis deo, sed, ne per singula discurram, obœdiens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis. quoniam enim memoriam mortis facturus erat, ne deum uerbum ex hoc quisquam passibile suspicetur, ponit Christus, tamquam inpassibilis et passibilis substantiæ in sin- Phil. 2, 5-8

XV 1—9 *est uersio Collectionis T [VII], sed multifariam correcta. altera uersio est Marii Mercatoris in Coll. Palatina 25. Græcum exemplar extat in V 5 S 12 A 13*

U, S [= *wr*], Σ [= *nσ*, *M usque ad* 25 unigenitum, *ubi desinit propter foliorum defectum*]
1 *om.* Σ *post* EPISCOPVM *add.* in qua confitetur non esse dei genetricem SCĀM VIRGINĒ MARIĀ ADVERSATVR autem et litteris sc̄i archiep̄i cyrilli TAMQVĀ MALEEI SCRIPSERIT *S ex T* 2 *et* VII *et* XV *adscr. w* cum ministro *M* nestorius in domino salutem Σ 3 mirando *M* 6 compendiosa narratione *M* 7 incipiant *M* 8 ipsis *M* 10 deo patre *S* 14 propietatem *S*, *corr. w* 17 ex superficie] transituriæ *M* 18 uenia] ueni ad *Mn* 23 a *om. S* 26 iesus christus Σ 29 proprietatis unio *w*[2] 34 sapietur *S* 35 esse se *USn* esse *w*[2]*σ* æqualem *n*

gulari persona appellationem significatiuam, quatenus et inpassibilis Christus et passibilis sine periculo uocetur, inpassibilis quidem deitate, passibilis autem corporis natura.

5 Multa de hoc potens dicere et primum quidem, quod non natiuitatem in dispensatione, sed humanationem sanctos illos patres commemorasse, promissionem breuiloquii a me in principiis factam dum refrenantem sentiam sermonem et ad secundum tuæ dilectionis pergentem capitulum, in quo naturarum quidem laudabam diuisionem secundum humanationis et deitatis rationem et earum in unius personæ coniunctionem et quod deum uerbum secunda ex muliere dicerent non eguisse natiuitate, et passionis incapabilem profiteri deitatem. orthodoxa enim, ut ueritas habet, hæc huiusmodi sunt et omnium hæresum malis sectis circa dominicas naturas contraria. reliqua autem si quidem aliquam sapientiam occultam inferebant legentium auribus inconprehensibilem, est tuæ diligentiæ scire; mihi enim uidebantur prima peruertere. in primis enim inpassibilem prædicatum et secundæ natiuitatis incapabilem iterum passibilem et recens creatum nescio quomodo intulit, quasi secundum naturam deo uerbo accidentibus templi copulatione corruptis aut parum aliquid hominibus putatur quod sine peccato templum et a diuina inseparabile natura pro peccatoribus natiuitatem
Ioh. 2, 19 et mortem sustinuisset, aut non credi debeat dominica uox ad Iudæos clamans: soluite templum hoc et in tribus diebus suscitabo illud, non: soluite diuinitatem et in tribus diebus resurget.

6 Iterum et hic latius uolens dicere promissionis meæ memoria contrahor; dicendum est tamen breui sermone me utente. ubique diuina scriptura, quandoque memoriam facit dominicæ dispensationis, natiuitatem nobis aut passionem non deitatis, sed hu-
Mt. 1, 1 manationis Christi tradidit, ut uocetur secundum scrupulosam appellationem sancta uirgo Christi genetrix, non dei genetrix. et audi hæc euangeliis clamantibus: Liber, ait, generationis Iesu Christi filii Dauid filii Abraham, et certum est quia
Mt. 1, 16 Dauid filius deus uerbum non erat. accipe et aliud, si placet, testimonium: Iacob autem genuit Ioseph uirum Mariæ, ex qua natus est Iesus, qui dicitur
Mt. 1, 18 Christus. considera iterum alteram adtestantem nos uocem: Iesu uero generatio ita est. desponsata enim matre eius Maria Ioseph, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. creaturam uero spiritus quis utique unigeniti
Ioh. 2, 1 æstimabit deitatem? quid oportet dicere quia mater Iesu erat ibi et rursus
Act. 1, 14. Mt. 1, 20 cum Maria matre Iesu et quod in ea natum, ex spiritu sancto est et
Mt. 2, 13 accipe puerum et matrem eius et fuge in Aegyptum et de filio eius qui
Rom. 1, 3 factus est ei ex semine Dauid secundum carnem et de passione rursus
Rom. 8, 3 quia deus filium suum misit in similitudine carnis peccati et de peccato
1 Cor. 15, 3 condemnauit peccatum in carne et iterum Christus mortuus est pro
1 Petr. 4, 1 7 peccatis nostris et Christo passo carne et hoc est non deitas, sed corpus meum
1 Cor. 11, 24 quod pro uobis frangitur et mille aliis uocibus adtestantibus hominum genus non filii putare deitatem recentem aut passionis corporeæ capabilem, sed coniunctam naturæ deitatis carnem. unde et dominum Dauid Christus semet ipsum et filium nominat.
Mt. 22, 42-44 quid enim, ait, uobis uidetur de Christo? cuius est filius? dicunt ei:

U, *S* [= *wr*], Σ [= *n*σ]

3 quod *USn om.* σ, quod — commemorasse = τὸ — μνημονεῦσαι 4 humanatione *S* 5 dum *US om.* Σ sentiam *US* sentio σ sententie *n*, dum — sentiam = αἰσθανόμενος pro αἰσθάνομαι 11/12 inconprehensibile *US*Σ 15 putatur *US*Σ putetur *TC* 16 inseparabili *USn* 18 meam diuinitatem *n* diuinitatem meam σ 20 contraor *n* conticeo σ contra hos *Uw* contra hoc w^2 contraho *r* 23 scripulosam *Uwn corr. w* 24 genetrix ^{2}] genetricis *w corr.* w^2 31 æstimauit *USn* 32 natum est Σ 35 suum filium Σ 39 putaret *U*

Dauid. respondit Iesus et dixit eis: quomodo ergo Dauid in spiritu
dominum eum uocat dicens: dixit dominus domino meo: sede a dex-
tris meis? utpote filius existens omnino Dauid secundum carnem, secundum
deitatem autem dominus. esse quidem deitatis filii corpus templum et templum
secundum summam quandam et diuinam unitum coniunctionem, quatenus proprium
ducat deitatis natura, bonum est confiteri et euangelicis traditionibus dignum; nomini
uero proprietatis adterere et carnis proprietates, natiuitatem dico et passionem et mortem,
aut errantis est, frater, intellegentiæ secundum paganos aut desipientis Apollinarii et
Arrii et quæ sunt aliarum ægrotantium hæresum, magis autem siquid est illis grauius.
necesse est enim huiusmodi qui proprietatis nomine adtrahuntur, et lactationis consortem
propter proprietatem deum uerbum facere et paulatim incrementi participem et pauoris
tempore passionis, auxilio etiam angelico indigentem. et taceo circumcisionem et
sacrificium et sudores et esuriem, quæ propter nos carni contigerunt adorabilia con-
tingentia, in deitate uero hæc false suscepta et nobis tamquam calumniæ iustæ condem-
8 nationis causa sunt. hæc sunt sanctorum patrum traditiones, hæc diuinarum scriptura-
rum præcepta; sic quispiam et quæ sunt misericordiæ diuinæ et quæ sunt auctoritatis, 1 Tim. 4, 15
deificat; hæc meditare, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit omnibus,
Paulus ad omnes dicit. quod uero pro scandalizatis curam geras, bene facis esse sollicitus
et gratulamur diuinorum curam gerenti animæ tuæ et de nobis sollicitæ; cognosce autem
deceptum esse temet ipsum ab eis qui hic a sancta synodo depositi sunt utpote sapientes
ea quæ Manichæorum sunt, aut certe forsan dilectionis tuæ clericis. quæ sunt enim
ecclesiæ, cottidie proficiunt et populorum tanti multitudo crescit per gratiam Christi,
ut uidentes multitudines quæ sunt prophetæ, clament: inplebitur terra ad cogno- Ies. 11, 9
scendum dominum quasi aqua multa coperire maria. principes uero
incredibile gaudium habent etiam quæ regni sunt illuminato dogmate et ut compendiose
dicam, illam in omnibus hæresibus, quæ contra deum certant et contra ecclesiæ recta
dogmata, cottidie quis repperiet apud nos uocem inpleri: domus Saul ibat et in- 2 Reg. 3, 1
firmabatur et domus Dauid ibat et firmabatur.
9 Hæ a nobis utpote a fratribus ad fratrem suasiones sunt; si uero aliquis con-
tendit, clamabit per nos ad huiusmodi Paulus: nos talem consuetudinem non 1 Cor. 11, 16
habemus nec ecclesiæ dei. omnem quæ tecum est in Christo, fraternitatem
et ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus. saluus et pro nobis orans per-
maneas, domine honoratissime et dei cultor.

10 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Quid uidetur sanctæ huic et magnæ synodo de nuper lecta epistola? putas uidetur et ipsa consona esse definitæ fidei in synodo sanctorum patrum qui illo tempore congregati sunt in Nicæa urbe, an non?

11 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Nullo modo consona existit piæ fidei expositæ a sanctis patribus qui in Nicæa fuerunt, et anathematizo ita credentes. aliena enim hæc existunt ab orthodoxa fide.

XV 10—22 XVI *est uersio Coll. T* [24]; *Græce extant in V* 47—49

U, *S* [= *wr*], Σ [= *nσ*]

5/6 ut quæ sunt corporis deitas propria ducat Σ 6 dignam *S*, *corr.* w^2 nomina w^2 7 adscribere Σ 9 hæresium w^2 13 esuritionem Σ 14 calumniatoribus Σ 17 deificat *US* diuine loquitur Σ 22 tanta Σ 23 clamant *S* 24 cooperire *r*Σ 24/25 principes *et* etiam quæ regni sunt [= *T*] *dittographia* 26 illa *US*Σ 27 uoce *US* 28 confortabatur Σ 29 hæ a *Uσ* ea *S* quæ *n* 30 clamauit *US* 31 ecclesia *Sn* 32 et^1 *om.* Σ 33 horatissime *w* 35 in Σ *om.* *US* 39 et aliena omnia hæc *n* aliena enim hæc omnia *σ*

12 Flauianus episcopus Filippensium dixit: Quæ sunt in relecta epistola, simul omnia pugnantia existunt omnino et aliena procul dubio ab exposita fide in Nicæa a sanctissimis patribus, et alienos esse a recta fide ita credentes iudicamus.

13 Firmus episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Formam pietatis apponens in principiis epistolæ, procedente sermone nullo modo suum sensum obumbrare ualens, nudum a uelamine suum adposuit sensum dissentientem a fide sanctorum patrum trecentorum decem et octo et ab epistola sanctissimi episcopi Cyrilli contrarie habentem.

14 Valerianus episcopus Iconii dixit: Omnibus conspicua est epistolæ aduersitas reuerentissimi Nestorii non solum fidei sanctorum patrum Nicææ et epistolæ reuerentissimi et sanctissimi archiepiscopi Cyrilli dissonans, sed nec sibi conueniens.

15 Iconius episcopus Gortunæ dixit: Epistola reuerentissimi Nestorii quæ nunc lecta est, nullam consonantiam habet ad expositionem patrum Nicæa congregatorum neque quidem ad epistolam sanctissimi patris nostri et episcopi Cyrilli. unde huic abrenuntians et anathematizans ita sapientes, consentio expositioni sanctorum patrum Nicææ et epistolæ sanctissimi patris et archiepiscopi Cyrilli.

16 Hellanicus episcopus Rodi dixit: Et iam deposui quia expositionem rectæ fidei trecentorum decem et octo patrum qui Nicæa fuerunt, sequor et sanctam uirginem Mariam dei genetricem confiteor, anathema autem sit qui non credit sic.

17 Acacius episcopus Melitenis dixit: Ostendit et lecta epistola reuerentissimi episcopi Nestorii quoniam non inanem sustinuit timorem in hanc sanctam et magnam conuenire synodum. consequens enim erat conscium sibi et diuinas mutilantem scripturas et sanctorum patrum labefactantem dogmata tanto teneri timore, ut militum multitudine suam circumdaret domum. manifesta enim et lecta eius significauit epistola quia de unigenito filio dei positas in fide sanctorum patrum trecentorum decem et octo episcoporum uoces auferens soli carni adplicauit salutaria dispensationis, purum templum dei et natiuitatem et mortem sustinuisse dicens. et mentitus est contra scripturam quasi et ipsa natiuitatem et passionem non deitatis sed humanitatis docente, calumniam etiam intulit sanctissimi et reuerentissimi episcopi Cyrilli scriptis quasi passibilem dicentibus deitatem, quod nec ipse nec alter quispiam sapientium uel cogitauit uel dicere ausus est. per omnia autem ostendit semet ipsum nomine solum unitatem dei ad carnem confitens, re autem ubique eam denegans, arguit autem semet ipsum et peregrina doctrina usum, cum nunc illuminari per se dogmata dicat. quibus omnibus extraneis existentibus a ueritate et multam impietatem habentibus abrenuntio, alienum me ipsum ab horum quæ huiusmodi locuntur, communione faciens.

18 Memno episcopus Ephesi dixit: Non calumnia solum, sed et blasphemia plena est lecta epistola. unde omnis contraria est fidei expositæ a sanctis patribus qui in Nicæa conuenerunt trecentis decem et octo.

19 Theodotus episcopus Ancyræ dixit: In nullo consonantem epistolam reuerentissimi Nestorii cognouimus expositioni sanctorum patrum Nicæa congregatorum trecentorum decem et octo. unde expositioni obœdimus, epistolam autem Nestorii alienam a recta fide ponimus, et eos qui hæc sapiunt, alienos a recta fide iudicamus.

20 Palladius episcopus Amasiæ dixit: Ego quidem propter scriptam in epistola blasphemiam et aures claudere non recuso et pæne saxeus factus sum ex maerore, ut nec uocem possim reddere tanto dolore detentus. credo autem uniuersam reuerentissimam

US, Σ [*usque ad 10*]
2 fidei *U* 7 et epistolæ Σ contraria Σ 19 melitenis *S* melitines *U* 32 ipsam *US* 39 quæ *US* = *T* communionem *Uw*, *corr. w*

et sanctam synodum eiusdem esse sententiæ de hac quæ nuper lecta est epistola, in tantum autem solum dico quia nimis dissona lecta existit epistola expositæ fidei a sanctis patribus qui congregati sunt in Nicæna callipoli.

21 Omnes episcopi simul clamauerunt: Qui non anathematizat Nestorium, anathema sit. Istum recta fides anathematizat, istum synodus anathematizat. Istum sancta synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit. Omnes anathematizamus epistolam et dogmata Nestorii. Hæreticum Nestorium omnes anathematizamus. Communicantes Nestorio omnes anathematizamus. Impiam fidem Nestorii omnes anathematizamus. Impium dogma Nestorii omnes anathematizamus. Impium Nestorium omnes anathematizamus. Vniuersus mundus anathematizat impiam sectam Nestorii. Qui hunc non anathemazitat, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat. Hunc sancta synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit.

22 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Legantur et litteræ reuerentissimi et sanctissimi archiepiscopi Romanorum Cælestini quas destinauit de fide:

Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum legit epistulam Cælestini episcopi Romæ ad Nestorium:

XVI Dilectissimo fratri Nestorio Cælestinus. Aliquantis diebus etc. *iterum tota perscripta est epistula quæ supra extat sub numero II.*

Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: His quæ lecta sunt, consona scripsit sanctitas reuerentissimi episcopi nostri Cyrilli, quæ et præ manibus habemus et, si iubet uestra reuerentia, legimus.

Flauianus episcopus Filippensium dixit: Lecta et hæc inserantur gestis.

Petrus presbyter et primicerius notariorum legit

EPISTOLA SCI CYRILLI CVM XII CAPITVLIS AD NESTORIVM IN SYNODO RELECTA

XVII 1 Reuerentissimo et sanctissimo comministro Nestorio Cyrillus et quæ conuenit synodus Alexandria de Aegyptiaca diœcisi, in domino salutem. Saluatore nostro
dicente aperte q u i a m a t p a t r e m a u t m a t r e m s u p e r m e, n o n e s t m e d i g n u s Mt. 10, 37
e t q u i a m a t f i l i u m u e l f i l i a m s u p e r m e, n o n e s t m e d i g n u s, quid patiamur nos qui a tua reuerentia exigimur te diligere super omnium nostrum saluatorem Christum? quis nos in die iudicii iuuare poterit aut quam repperiemus excusationem, qui silentium ita longum dileximus in factis a te contra ipsum blasphemiis? et si quidem temet ipsum solum læderes talia sapiens et docens, minus utique curæ esset; quoniam uero omnem scandalizasti ecclesiam et fermentum insolitæ hæreseos ⟨et⟩ peregrinæ iniecisti populis et non ibidem solummodo constitutis, sed enim et his qui ubique sunt (delati sunt etenim tuarum expositionum codices), quis iam nostræ taciturnitati sufficiet sermo aut quomodo non necessarium est meminisse dicente Christo

---

XVII 1—12 *est uersio Coll. T [VIII] hic illic correcta; Græce extat in V 6 S 13 A 23. plus quam in ceteris quæ ex gestis Ephesenis excerpta sunt, discrepat Σ, cuius lectiones adnotare iam desino. altera uersio est Dionysii exigui quam edidi in uol. V p. 236—244*

U, *S* [= *wr*], Σ [= *n*σ, *inde a* 4 *usque ad* 24]

3 nicæa *S* 5/6 istum synodus anathematizat *om.* Σ 9/10 Impium dogma Nestorii omnes anathematizamus *om. U* 10 omnis mundus Σ 16/17 Petrus — nestorium *S* EPISTOLA CAELESTINI EPI ROMAE AD NESTORIVM *U* INCIPIT EPISTVLA CAELESTINI EPI VRBIS ROMAE AD NESTORIVM Σ 21 rescripsit Σ 25 capitula *S* 29 uel] aut *S* 29 30 patiemur *w*corr 34 et *om. US* 36/37 taciturnitatis *U*

Mt. 10, 34. 35 non putetis ueni mittere pacem super terram; non ueni mittere pacem, sed gladium. ueni enim diuidere hominem contra patrem suum et filiam contra matrem suam? cum enim fides læditur, ualeat quidem ut irrita et uitiosa circa parentes reuerentia, quiescat autem et quæ in filios est et fratres affectionis lex
Hebr. 11, 35 et piis iam melior sit mors quam uita, ut meliorem resurrectionem mereantur secundum quod scriptum est.

2 Ecce igitur simul præsidente sanctæ synodo quæ in magna Roma congregata est, sanctissimo et reuerentissimo fratre et conministro nostro Cælestino episcopo, et tertia te hac contestamur scriptura, persuadentes desistere a uanis sic et distortis dogmatibus quæ et sapis et doces, adsumere autem rectam fidem quæ ecclesiis ab initio tradita est
Lc. 1, 2 per sanctos apostolos et euangelistas, qui et perspectores et ministri uerbi facti sunt. aut si hoc non egerit tua reuerentia secundum definitas indutias in litteris memorati sanctissimi episcopi et comministri nostri Romanorum Cælestini, cognosce te ipsum nullam sortem habentem nobiscum neque locum aut in sacerdotibus dei et episcopis. non enim possibile est prætermittere nos ecclesias sic perturbatas et scandalizatos populos et rectam fidem iniurias sustinentem et dissipatos a te greges, qui saluare debueras, si quidem esses secundum nos rectæ gloriæ amator sanctorum patrum inuestigans pietatem. omnibus autem qui a tua reuerentia separati sunt propter fidem uel depositionem, tam laicis quam clericis, communicatores sumus omnes. nec enim æquum est recte sapere cognoscentes tuis condemnari sententiis, quia tibi bene facientes contradixerunt. hoc enim ipsum indicasti in epistola quæ scripta est a te ad magnæ Romæ sanctissimum coepiscopum nostrum Cælestinum. non sufficiet autem tuæ reuerentiæ confiteri solum fidei symbolum quod expositum est in tempore in sancto spiritu a sancta et magna synodo tunc tempore congregata in Nicænorum (intellexisti enim et interpretatus es hoc non recte, distorte autem magis, quamuis confitearis uoce sermonem), sed enim consequens est scripto et cum iureiurando confiteri quia et anathematizas quidem tua praua et profana dogmata, sapies autem et docebis quæ et nos omnes et qui in Occidentem et Orientem episcopi et doctores et populis præditi. consensit autem et Romana sancta synodus et nos omnes recte habentibus et inreprehensibiliter epistolis ad tuam reuerentiam scriptis ab Alexandrinorum ecclesia. subdidimus autem his nostris litteris quæ te oporteat sapere et docere et a quibus abstinere conuenit. hæc enim catholicæ et apostolicæ ecclesiæ fides est, cui consentiunt omnes quique in Occidente sunt et qui in Oriente orthodoxi episcopi

3 Credimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium creatorem; et in unum dominum Iesum Christum filium dei, natum de patre unigenitum, hoc est de substantia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex deo uero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cælo et in terra sunt, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est et humanatus, passus et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, uenturus iudicare uiuos et mortuos; et in spiritum sanctum.

U, *S* [= *wr*]

1 *sine* quia *post* putetis *ex* *TΣ* *inserendum siue delendum* putetis   7 scæ *U* sca U^{corr} *S*   12 gerit *S*   memoratis *w*   14 aut *uestigium est correcturæ cf.* aut sermonem *in cod. B* aut uerbum *in Σ* siue portionem *in C*   16 quos w^{corr} 19 depositionem = *p*   20 condemnaris *S*, *corr.* *w*   24 magna] conmagna *U* commagna *S*   27 sapiens *US*

Eos autem qui dicunt »erat aliquando quando non erat« et »priusquam nasceretur, non erat« et quia ex non extantibus factus est, aut ex alia subsistentia aut essentia, dicentes esse uertibilem aut mutabilem filium dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

Sequentes autem ubique sanctorum patrum confessiones quas fecerunt loquente
in eis sancto spiritu, et intellegentiæ quæ in eis est, inuestigantes intentionem et regalem
tamquam tramitem incedentes dicimus quia ipse unigenitus dei uerbum, qui ex ipsa
natus est patris substantia, quod ex uero deo deus uerus, lumen de lumine, quod est
per quem omnia facta sunt quæ in cælo et in terra, propter nostram salutem descendens
et semet ipsum deponens in exinanitionem, et incarnatus est et humanatus est, hoc
est carnem accipiens de sancta uirgine et suam eam faciens ex uulua secundum nos
pertulit natiuitatem et processit homo ex muliere non hoc quod erat, amittens, sed,
quamuis factus in assumptione carnis et sanguinis, et sic mansit quod erat, deus uide-
licet quia natura et ueritate. neque carnem autem dicimus in deitatis uerti naturam
neque item in natura carnis ineffabilem dei uerbi translatam naturam. inconuer-
tibilis etenim est et inmutabilis omnino idem ipse semper manens secundum scripturas. Mal. 3, 6
cum uideretur autem et puer et in pannis existens et in sinu matris uirginis, omnem
implebat creaturam ut deus et consessor erat genitori. diuinitas etenim sine quan-
4 titate et magnitudine est et circumterminationem non sustinet. uniri autem carni
secundum subsistentiam confitentes uerbum, unum adoramus filium et dominum Iesum
Christum, neque per partem ponentes et diuidentes hominem et deum quasi coniunctos
ad inuicem dignitatis et auctoritatis unitione (nouitas enim uocis hoc est et aliud nihil)
neque quidem Christum specialiter nominantes ex deo uerbum et similiter specialiter
Christum alterum eum qui ex muliere, sed unum solum scientes Christum ex deo patre
uerbum cum propria carne. tunc enim humane conuersatus est nobiscum, cum
his utique qui digni erant accipere, spiritum daret ipse et non in mensura, sicut dicit Ioh. 3, 34
beatus euangelista Iohannes. sed neque illud dicimus quia habitauit quod ex deo
uerbum est, quasi in homine communi de sancta uirgine nato, ut non deum ferens homo
intellegatur Christus. etsi enim habitauit in nobis uerbum, dicitur etiam Ioh. 1, 14
et in Christo habitare omnis plenitudo deitatis corporaliter, sed tamen intel- Col. 2, 9
legimus quia factum caro non sicut in sanctis habitare dicitur, secundum parem et in
eum modum fieri definimus habitationem, sed unitum secundum naturam et non in
carnem uersum talem fecit habitationem qualem utique habere dicitur et hominis
5 anima ad proprium suum corpus. unus igitur Christus et filius et dominus, non ut
coniunctionem simpliciter in unitione dignitatis uel etiam auctoritatis habente homine
ad deum; non enim unit naturas par honor. etenim Petrus et Iohannes pares honore
sunt quidem ad inuicem secundum quod et apostoli et sancti discipuli; uerum tamen
non unus sunt duo. ne⟨que⟩ quidem secundum appositionem coniunctionis intel-
legimus modum (non sufficit enim hoc ad unitionem naturalem) neque quidem quasi
secundum participationem adfectualem, sicut et nos adhærentes domino secundum
quod scriptum est, unus spiritus sumus ad eum, magis autem coniunctionis nomen 1 Cor. 6, 17

U, *S* [= *wr*]

3 esse uertibilem *U* [conuertibilem esse Σ] esse aut conuertibilem *S* 6 eis est [et w^{corr}] inuestigantes [inuestigante w^{corr}] *w* 14 quia *om.* *S* 15 idem *S* natura *US* naturam w^{corr} r^{corr} ineffabile dei uerbum translatum natura w^{corr} 18/19 sine — est *S* quantitatem et magnitudinem *U* 26 ipse et] ipse quippe et ipse habebat w^{corr} 38 neque *TC* ne *US*

recusamus utpote non idoneum existens significare unitionem. sed nec deum nec
dominum Christi ex deo patre uerbum nominamus, ne rursus aperte secemus in duo
unum Christum et filium et dominum et blasphemiæ crimen incurramus, deum suum
et dominum facientes eum. unitum enim, sicut prædiximus, dei uerbum carni secun-
dum subsistentiam deus quidem est omnium, dominatur autem uniuersitati. ne-
que uero ipse sibi seruus est aut dominus; fatuum enim est, magis autem et impium
Ioh. 20, 17 ita sapere uel dicere. ait enim deum suum patrem, cum sit deus natura et de sub-
stantia eius; sed non ignorauimus quia cum sit deus, et homo factus est sub deo secun-
dum legem quæ condecet humanam naturam. ipse uero sibi quomodo fiet deus
aut dominus? ergo ut homo, quantum attinet ad quod decet exinanitionis mensuris, sub
Gal. 4, 4 deo nobiscum semet ipsum esse dicit. sic factus est et sub lege, cum locutus ipse
6 sit legem, et legislator existens ut deus. recusamus autem dicere de Christo »propter
Loofs, Nest. indutum indumentum ueneror; propter inuisibilem adoro quod uidetur«. pauore
p. 262, 3. 4 plenum est ad hoc et illud dicere »adsumptus adsumenti coappellatur deus«. qui
ibid. 11. 12 enim hæc dicit, secat iterum in duos Christos et hominem statuit per partem specia-
liter et deum similiter. denegat enim euidenter unitionem secundum quam non ut
alter alteri coadoratur quis neque quidem coappellatur deus, sed unus intellegitur
Christus Iesus filius unigenitus, una adoratione honorandus cum sua carne. con-
fitemur autem quia ipse ex deo patre natus filius et deus unigenitus, cum utique secundum
1 Petr. 4, 1 naturam suam existens inpassibilis, carne passus est pro nobis secundum scripturas
et erat in crucifixo corpore, suæ carnis inpassibiliter proprias faciens passiones.
Hebr. 2, 9 gratia autem dei et pro omnibus gustauit mortem, dans ei suum corpus, quam-
Ioh. 11, 28 uis secundum naturam sit uita et ipse existat resurrectio. ut enim ineffabili uirtute
Col. 1, 18 calcans mortem, utpote prima sua carne, fiat primogenitus ex mortuis et primi-
1 Cor. 15, 20 tiæ dormientium et iter faciat etiam humanæ naturæ ad incorruptionis recursum,
gratia dei, sicut diximus nuper, pro omnibus gustauit mortem, triduanus etiam
1 Cor. 15, 29 reuixit expolians infernum. unde licet dicatur per hominem facta resurrectio
mortuorum, sed intellegimus hominem factum ex deo patre uerbum et solutam esse
per eum mortis potestatem; ueniet autem in tempore ut unus filius et dominus in gloria
Act. 17, 31 patris, ut iudicet mundum secundum iustitiam, sicut scriptum est.
7 Necessario uero et illud adiciemus. adnuntiantes enim secundum carnem
mortem unigeniti filii dei, hoc est Iesu Christi, et ex mortuis resurrectionem et ad cælos
ascensionem confitentes, mundum in ecclesiis celebramus sacrificium, accedimus etiam
ita ad mysticas benedictiones et sanctificamur participes effecti tam sanctæ carnis
quam pretiosi sanguinis omnium nostrum saluatoris Christi et non ut carnem com-
munem accipientes, absit, neque quidem ut uiri sanctificati et coniuncti uerbo secundum
unitionem dignitatis uel etiam quasi inhabitationem diuinam habentis, sed ut uiui-
ficatoriam uere et suam ipsius uerbi. uita enim existens secundum naturam ut deus,
quoniam factus est ad suam carnem, uiuificatoriam eam ostendit. quare licet ad
Ioh. 6, 53 nos dicat amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem, non ut hominis secundum nos unius et hanc esse
æstimamus (quomodo enim hominis caro uiuificatoria erit secundum naturam suam?),

---

12. 13 *Cyrill. c. Nestor. 2, 12 = Exc. Eph. VIII. XV*
14 *cf. Cyrill. c. Nest. l. c. 2, 12. Exc. Eph. XV*
U, S [= *wr*]
5 dominator *US*, *corr. w* 13 indatum *w*, *corr. w* 14 ad *S* et *U* 15 duo *US*, *corr. U* xpm *w*[corr] *r* 23 extat *U*

sed ut propriam uere factam eius qui propter nos et filius hominis factus est et appellatus.

8 Euangelicas autem saluatoris nostri uoces nec subsistentiis duabus neque quidem personis diuidimus. nec enim est duplex unus et solus Christus, licet ex duabus intellegitur et diuersis rebus in unitionem indiuisibilem introductus, sicut certe et homo ex anima intellegitur et corpore et non duplex magis, sed unus ex utroque. sed humanas etiam et super hoc diuinas ab uno dictas esse recte sentimus. quando enim deo condecenter dicit de semet ipso qui uidit me, uidit patrem et ego et pater Ioh. 14, 9. unum sumus, 10, 30 diuinam eius et ineffabilem intellegimus naturam, secundum quam et unum est ad suum patrem propter identitatem substantiæ, imago etiam et figura Hebr. 1, 3 et splendor gloriæ eius. quando autem humanitatis mensuram non exhonorans Iudæos adloquitur modo me quæritis occidere, hominem qui ueritatem Ioh. 8, 40 uobis locutus sum, iterum nihilo minus eundem qui in æqualitate et similitudine est patris, deum uerbum et ex humanitatis eius mensuris agnoscimus. si enim est necessarium credere quia, deus existens natura, factus est caro uel homo animatus anima rationali, qualem utique habebit rationem uerecundari quempiam in uocibus eius, si factæ sunt homini condecentes? si enim recuset homini decentia uerba, quis est qui coegit eum fieri secundum nos hominem? qui uero deposuit semet ipsum propter nos in spontaneam exinanitionem, ob quam causam recusabit exinanitioni conuenientes sermones? uni igitur personæ in euangeliis quæ sunt, omnes applicentur uoces, subsistentiæ uni uerbi incarnati. dominus enim unus Iesus Christus 1 Cor. 8, 6

9 secundum scripturas. si autem uocetur et apostolus et pontifex confessionis nostræ Hebr. 3, 1 utpote sacrificans deo et patri nostram ipsi etiam et per ipsum deo et patri offerendam fidei confessionem nec non et sancto spiritui, iterum ipsum esse dicimus ex deo secundum naturam filium unigenitum et non homini inpertiemus quidem præter ipsum alteri sacerdotii nomen et ipsa uero re. factus est enim mediator dei et hominum et con- 1 Tim. 2, 5 ciliator pacis, Eph. 5, 2 semet ipsum consecrans in odorem suauitatis deo et patri. nam et dicebat: sacrificium et oblationem noluisti; holocaustomata et de pec- Hebr. 10, 5-7 cato non conplacuisti. corpus autem perfecisti mihi. tunc dixi: ecce uenio. in capite libri scriptum est de me facere, deus, uoluntatem tuam. optulit enim pro nobis in odorem suauitatis suum corpus et non magis pro se. quali enim indigebat oblatione uel sacrificio pro se, extra omne peccatum existens ut deus? si enim omnes peccauerunt et egent gloria dei, Rom. 3, 23 secundum quod facti sumus nos prompti ad transgressionem et infirmata est humana natura in peccato, ipse uero non ita, et indigemus ob hoc gloria eius, quomodo iam erit ambiguum quia immolatus est propter nos et pro nobis agnus dei uerus? et dicere quia optulit semet ipsum pro se et pro nobis, exsors erit nullo modo ab impietatis criminibus. deliquit enim nullo modo neque fecit peccatum: quam ergo opus habuit oblationem, dum pec-

10 catum non esset pro quo fieret, et ualde congruum? cum autem dicit de spiritu ille me glorificabit, Ioh. 16, 14 intellegentes recte non ut gloria indigentem alterius dicimus unum Christum et filium a sancto spiritu gloriam accipere, quia nec potior eo est nec ultra eum spiritus eius est; quoniam autem ad demonstrationem suæ diuinitatis utebatur suo spiritu ad magnas operationes, glorificari ab eo dicit, uelut si quispiam dicat eorum qui secundum nos sunt, de insita sibi fortitudine forsan uel disciplina uel de

---

U, *S* [= *wr*]

2 appellatus est *S*   8 condecente *US*, *corr.* *w*   14 est *S* eius est *U*   21 x̅p̅s̅ ih̅s̅ *U*   23 nostram — patri *om.* *S*   28 holocaustomato *US* holocaustomate *w*[corr]   32 omnem *w*   33 gloriam *w*, *corr.* *w*   38 qua — oblatione *S*   40 glorificauit *US*, *corr.* *Uw*

quolibet quia glorificabunt me. quamuis enim est in subsistentia spiritus speciali
(nam et intellegitur per se secundum quod spiritus est et non filius), sed tamen non est
Ioh. 16, 13 alienus ab eo. spiritus enim ueritatis nominatur, et est Christus ueritas, et pro-
Ioh. 14, 6 fluit ab eo sicut ex deo et patre. operatus [est] enim spiritus et per manum sanctorum
apostolorum mirabilia post ascensum domini nostri Iesu Christi ad caelos glorificauit
eum. creditus est enim quia deus secundum naturam est, iterum ipse operans per
Ioh. 16, 14 suum spiritum. propter hoc et aiebat de meo accipiet et nuntiabit uobis.
et numquam dicimus: quasi ex participatione spiritus est, dum sit sapiens et potens.
undique enim perfectus est et non indiget omni bono. quoniam autem ex patris
1 Cor. 1, 24 uirtute et sapientia, id est filii, spiritus est, procul dubio sapientia est et uirtus.

11 Quoniam uero deum adunitum carni secundum subsistentiam sancta uirgo genuit
carnaliter, ideo utique et dei genetricem dicimus eam, non quia uerbi natura essentiæ
Ioh. 1, 1 suæ initium habeat ex carne (erat enim in principio et deus erat uerbum et
uerbum erat apud deum et ipse est sæculorum factor consempiternus
patri et omnium opifex), sed sicut iam prædiximus, quoniam secundum sub-
sistentiam uniens sibi humanum et ex uulua eius natiuitatem sustinuit carnalem, non
quia indiguit necessario aut propter propriam naturam et eius quæ in tempore est
et in ultimis sæculi momentis, natiuitatis, sed ut ipsum essentiæ nostræ benedicat
initium ⟨et⟩ cum eum parturiret mulier adunitum carni, quiescat iam quæ contra omne
genus erat maledictio transmittens in mortem terrena nostra corpora, et illud quod
Gen. 3, 16 in tristitia paries filios per ipsum destruendum uerum ostenderet quod per pro-
Ies. 25, 8 phetæ uocem dictum est absorbuit mors præualens et iterum abstulit deus
omnem lacrimam ab omni facie. propter hanc enim causam dicimus eum
Ioh. 2, 2 dispensatiue et ipsum benedixisse nuptias et isse uocatum in Canan Galileæ simul cum
sanctis apostolis.

12 Hæc sapere et edocti sumus tam a sanctis apostolis quam euangelistis et ab omni a deo inspirata scriptura et ex beatissimorum patrum uera confessione; in his omnibus tuam reuerentiam consentire oportet et promittere sine omni dolo. quæ uero sunt necessario anathematizare tuam reuerentiam, subiecta sunt huic nostræ epistolæ.

ANATHEMATISMVS PRIMVS

I Si quis non confitetur deum esse secundum ueritatem Emmanuhel et propter hoc dei genetricem sanctam uirginem (genuit enim carnaliter earnem factum qui est ex deo uerbum), anathema sit.

II Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam adunatum ex deo patre uerbum, unum etiam esse Christum cum sua carne, eundem ipsum uidelicet deum simul et hominem, anathema sit.

III Si quis in uno Christo diuidit subsistentias post adunitionem, soli iungens eas contiguitati quæ est secundum dignitatem uel auctoritatem aut potentiam, et non magis concursu qui est secundum adunitionem naturalem, anathema sit.

IIII Si quis personis duabus uel etiam subsistentiis quæ sunt in euangelicis uel apostolicis scripturis, impertit uoces aut in Christo a sanctis dictas aut ab ipso de se et quasdam

U, *S* [= *wr*]

4 est *US* [= *T*], *deleui* 7 agebat *Uw*, *corr. w* nunciauit *Uw*, *corr. w* 16 humanam *S* humanam carnem *w*[corr] 19 et *TC om. US* carnis *U* quiescam *S* 21 tristitiam *Uw* ostenderet *TC* ostendere *US* 26 et docti *T* docti *C* 29 necessario *Uw*Σ [= *p*] necessaria *r*

uelut homini præter ex deo uerbum specialiter intellecto applicat, quasdam uero uelut deo condecentes soli ex deo patre uerbo, anathema sit.

V Si quis audet dicere deiferum hominem Christum et non magis deum esse secundum ueritatem sicut filium unum et natura secundum quod factum est caro uerbum et communicauit similiter nobis in sanguine et carne, anathema sit. Hebr. 2, 14

VI Si quis dicit deum aut dominum esse Christi ex deo patre uerbum et non magis eundem confitetur simul deum et hominem, utpote facto carne uerbo secundum scrip- Ioh. 1, 14
turas, anathema sit.

VII Si quis ait ut hominem operationem suscepisse ex deo uerbo Iesum et unigeniti gloriam appositam esse tamquam alteri præter eum existenti, anathema sit.

VIII Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorari oportere deo uerbo et conglorificari et coappellari deum ut alter alteri (co enim semper adiectum hoc intellegi cogit) et non magis una adoratione honorificat Emmanuhel et unam ei glorificationem refert secundum quod factum est caro uerbum, anathema sit.

VIIII Si quis ait unum dominum Iesum Christum glorificatum a spiritu quasi aliena uirtute, quæ per eum est, utens, et ab ipso accepisse operari posse contra spiritus immundos et adimplere in homines deitatis miracula et non magis proprium eius esse spiritum dicit, per quem et operatus est deitatis signa, anathema sit.

X Pontificem et apostolum confessionis nostræ factum Christum diuina dicit scriptura; Hebr. 3, 1
optulit etiam semet ipsum in odorem suauitatis deo et patri. si quis ergo pontificem et Eph. 5, 2
apostolum nostrum fieri dicit non ipsum ex deo uerbum, quando factum est caro et secundum nos homo, sed ut si alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut si quis dicit et pro se optulisse semet ipsum sacrificium, et non magis pro nobis tantum (nec enim indiguit sacrificio qui nescit peccatum), anathema sit.

XI Si quis non confitetur domini carnem uiuificatoriam esse et propriam ipsius ex deo patre uerbi, sed uelut alterius præter ipsum, copulati quidem ei secundum dignitatem aut quasi solummodo diuinam inhabitationem habentem et non magis uiuificatoriam, sicut diximus, quia facta est propria uerbi omnia uiuificare ualentis, anathema sit.

XII Si quis non confitetur dei uerbum passum carne et crucifixum carne et mortem gustasse carne, factum etiam primogenitum ex mortuis secundum quod uita est et uiuificans ut deus, anathema sit.

DATA MENSE NOVEMBRIO DIE XXX INDICTIONE XIIII d. 30 m. Nou. a. 430

13 Et postquam relecta est et in gestis inserta, Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Non solum autem quæ destinata sunt a sanctissimo et beatissimo Romanorum ecclesiæ ⟨episcopo⟩ Cælestino, missa sunt et reddita sunt ipsi reuerentissimo Nestorio, sed etiam quæ missa sunt a sanctissimo et reuerentissimo Alexandrinæ ecclesiæ episcopo Cyrillo et ab omni Aegyptiaca synodo per Theopemptum et Danihelem et Potamonem et Commarium reuerentissimos episcopos, et rogo interrogari Theopemptum et Danihelem reuerentissimos episcopos hic existentes de hoc.

---

33 *Temporis nota eum significari diem quo Nestorius epistulam accepit, elucet ex inscriptione sermonis Coll. Palat. 21*

XVII 13—28 XVIII 1—4 *est uersio T* [24. 25. 46] *hic illic correcta*; *Græce extant in V* 50—54. 60—62

U, *S* [= *wr*]

9 uerbum *S*, *corr. w* 12 alterum w^{corr} 14 defert w^{corr} 15 ab *S* 16 utentem *TCΣ* 20 odore *U* 22 si *del. w* 31 carne *in* carnem *corr. w*

36 episcopo *TC om. US* 38 alexandriæ *w* 39 commarium *S* [= *p*] conmarium *U*

14 Flauianus episcopus Filippensium dixit: Deponant reuerentissimi conministri nostri Theopemptus et Danihel præsentes si quidem reddiderunt epistolas.

d. 30 m. Nou. a. 430

15 Theopemptus episcopus Cauasorum dixit: In episcopio ascendentes die dominica, cum collectio celebraretur, præsente autem clero et illustribus pæne omnibus reddidimus Nestorio.

16 Danihel episcopus dardaneos dixit: In episcopio ascendentes die dominica præsente omni clero et illustribus prope omnibus istas reddidimus Nestorio litteras.

17 Flauianus episcopus Filippensium dixit: Satisfecit ergo scriptis?

18 Danihel episcopus dardaneos dixit: Dixit nobis tunc ut ueniamus postero die et secrete loqui cum eo. sed cum issemus, clausit nobis ianuas et non est dignatus dare nobis responsum.

19 Theopemptus episcopus Cauason dixit: Suscipiens memoratas chartas constituit nobis postero die conuenire ad eum. iuimus, deinde euntes non suscepit neque quidem litteris satisfecit, sed etiam in ecclesia eadem et peiora dogmatizauit. non solum autem antequam acciperet chartas, hæc edocebat, sed et multo peiora, postquam accepit, edocuit usque ad hodiernum diem.

20 Fidus episcopus Ioppæ dixit: Quia permanet usque ad hodiernam diem in eadem doctrina, possunt dicere etiam præsentes reuerentissimi episcopi Acacius et domnus Theodotus, qui et conlocuti sunt cum eo, ut etiam periclitaretur aliquis de eis. quos et petimus et coniuramus per præposita sancta euangelia in fide gestorum dicere quid audierint ante tres istos dies ab ipso Nestorio.

21 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam non de quibuscumque nobis sermo est, sed de illa re quæ capitulis omnibus maius est, dico autem de recta in Christum fide, consequens est reuerentissimos et sanctissimos episcopos Theodotum et Acacium secundum petitiones reuerentissimi episcopi Fidi et iuramenta inlata, amatores ueritatis existentes et sanctos, dicere quæ audierunt dicentem hunc in Ephesena urbe, dum sermonem cum eo de recta fide fecissent.

22 Theodotus episcopus Ancyræ dixit: Doleo quidem pro amico, attamen omni amicitiæ præpono pietatem. propter quod necesse habeo cum multa tristitia de quibus interrogor, exprimere ueritatem. non puto opus esse nostro testimonio, cum id quod sapit, manifestum sit ex litteris quæ ad tuam reuerentiam sunt. quæ enim ibi abnuebat de deo dici, hoc est de unigenito, exprobrans ei humana, et hic loquens dixit eadem et hic dum loquitur, dixit non oportere de deo dicere lacte nutritum neque natiuitatem ex uirgine. sic etiam et hic sæpius dixit bimenstrem et trimenstrem non oportere dici deum, et hæc non nos soli, sed alii plures non ante multos dies ipsum ad nos audiuimus Ephesi loquentem.

23 Acacius episcopus Melitinæ dixit: Fide proposita et pietate quæ in deum est, necesse est omnem uacare affectum. unde etsi nimis super alios dominum Nestorium dilexi et omnino eum liberare studui, necesse nunc est dicere ueracissime quæ ab eo dicta sunt, quatenus ne condemnetur anima mea celante me ueritatem. continuo cum ad Ephesenam uenissem ciuitatem, feci ad supra dictum uirum conloquium et cognoscens eum non recte sapere omnino festinaui eum corrigere et separare a prauo sensu, ipsum etiam illum uidebam labiis confitentem quia transferretur a tali sensu.

U, *S* [= *wr*]

4 reddimus *w* 6 dardaneos *US* = *TC*; *uitium antiquissimum pro* Darneos 7 ista *U* 9 Dardaneos *cf. ad* 6 Dixit *om. S* 10 essemus *S* 13 ibimus *Uw*, *corr. w* 14 et *om. S* 19 collati [= *T*] *S* 32 exprobans *S*, *corr. w* 32/33 et hic loquens — eadem *deleri debuerunt* 34 his *U* 37 melitene *S* 43 transferetur *w*

diebus autem decem aut duodecim prætermissis, iterum sermone aliquo moto defendi ueritatis sermonem et contradicente eo huic uidebam et duas ineptias uno eodemque tempore illum incidere. primum quidem ex mala eius interrogatione necessitatem inponebat respondentibus aut omnino negare unigeniti deitatem humanatam esse aut confiteri, quod erat impium, quia et patris et sancti spiritus deitas simul incarnata esset uerbo, quæ erant omni modo prauissimæ intellegentiæ et eicientis piam fidem. deinde secundo moto sermone suscepit quidam eorum qui cum eo erat episcopus sermonem et alium ait esse filium qui passionem suscepit, alium autem deum uerbum. quam blasphemiam cum non possim sustinere, ualete dicens omnibus egressus sum. et alter autem qui cum eo erat, dicebat pro Iudæis tamquam non in deum sed in hominem impii fuissent.

24 Flauianus episcopus Filippensium dixit: Manifesta existente depositione reuerentissimorum et beatorum conministrorum nostrorum Theodoti et Acacii, consequens est quam habebant de præpositis opinionem beati patres nostri et episcopi, legi et inseri gestis.

25 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Quoniam præ manibus habemus et codices sanctissimorum et beatissimorum patrum et episcoporum et diuersorum martyrum, elegimus uero ex his pauca capitula, quæ, si placet, legimus.

Flauianus episcopus Filippensium dixit: Et hæc lecta inserantur.

Et lectum est ita:

PETRI SANCTISSIMI EPISCOPI ET MARTYRIS EX CODICE DE DEITATE

I Quoniam et ueraciter gratia et ueritas per Iesum Christum facta est **Ioh. 1, 17**
(unde et gratia sumus salui facti secundum apostolicum dictum: et hoc, ait, non
ex nobis; dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur), uoluntate **Eph. 2, 8**
dei uerbum caro factum et habitu inuentus ut homo non discessit a deitate. nec **Phil. 2, 7**
enim ut a uirtute ipsius aut gloria plenius desisteret, pauper factus [est], diues existens,
hoc factus est, sed etiam ut mortem pro nobis peccatoribus susciperet iustus pro **2 Cor. 8, 9**
iniquis, quatenus nos offerret deo patri, mortificatus carne, uiuificatus **1 Petr. 3, 18**
autem spiritu.

II Et post alia: Vnde et euangelista uerum ait dicens: uerbum caro factum **Ioh. 1, 14**
est et habitauit in nobis, tunc uidelicet quia ex quo angelus salutauit uirginem
dicens: aue gratia plena, dominus tecum est. dominus enim tecum est **Lc. 1, 28**
nunc est audire a Gabrihele, eo quod deus uerbum tecum est. significat enim ipsum
natum in uulua et carnem factum, sicut scriptum est: spiritus sanctus super- **Lc. 1, 35**
ueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi, unde et quod nascetur
sanctum, uocabitur filius dei.

III Et iterum post alia: Deus autem uerbum per uiri absentiam per uoluntatem omnia ualentis operari dei factum est in uulua uirginis caro, non indigens uiri operatione aut præsentia. efficacius enim uiro perfecit dei uirtus obumbrans uirgini cum adueniente sancto spiritu.

U, S [= *wr*]

1 moto *w*^{corr} *r* modo *Uw* 7 secundum *w* 14 habeant *U* patris *S* 18 legemus *r* 25 inuentus *S* [= *T*] inuentum *U* 26 ipsius *U* sua *S* est *US om. T* 27 factus *S* [= *T*] factum *U* 36 uocatur *U* 39 uero *U*

ATHANASII SANCTISSIMI QVI FVIT EPISCOPVS ALEXANDRIAE DE CODICE CONTRA ARRIANOS

IIII (c. Arian. 3, 33; Ier. 1, 5; Lc. 1, 41; Rom. 5, 14) Multi igitur sancti fuerunt et mundi ab omni peccato, Hieremias autem et de uentre sanctificatus est et Iohannes adhuc in utero portatus exultauit in lætitia in uoce dei genetricis Mariæ. et tamen regnauit mors ab Adam usque ad Moysen et in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adam et sic manebant nihilo minus mortales et corruptibiles, capaces propriarum naturæ passionum. nunc autem uerbo facto homine et sua faciente quæ carnis sunt, non iam hæc corpus tangunt propter uerbum quod in eo factum est, sed ab ipso quidem consumptæ sunt, de reliquo autem homines non iam secundum suas passiones manent peccatores mortui, sed secundum uerbi uirtutem resurgentes inmortales et incorrupti semper permanent. unde et cum nasceretur caro de dei genetrice Maria, ipse dicitur natus qui aliis natiuitatem, ut sint, præstat, ut nostram in se ipsum transferat natiuitatem et non iam ulterius sicut terra sola existentes in terram eamus, sed ut ex caelo uerbo coniuncti in cælum perducamur ab ipso. non ergo et alias passiones corporis inmerito in se ipsum transtulit, ut ne iam ut homines, sed ut proprii uerbi sempiternæ uitæ participes existamus. (1 Cor. 15, 22) non enim iam secundum primam natiuitatem in Adam omnes morimur, sed iam natiuitate nostra et omni carnali infirmitate translatis in (Gal. 3, 13) uerbum surgimus de terra, soluto quod per peccatum fuerat, maledicto propter in nobis pro nobis factum maledictum.

EIVSDEM ATHANASII DE EPISTOLA AD EPICTETVM

V (ad Epict. 2) Quomodo autem ambigere ausi sunt qui dicuntur Christiani, si qui ex Maria processit dominus, filius quidem substantia et natura dei est, secundum carnem autem ex semine Dauid est, carne autem sanctæ Mariæ? qui autem ita temerarii facti sunt, ut dicant Christum, qui carne passus est et crucifixus, non esse dominum et saluatorem et deum et filium patris? aut quomodo Christiani uolunt nominari qui dicunt in hominem sanctum sicut in unum prophetarum uenisse uerbum et non ipsum hominem factum, sumentem ex Maria corpus, sed alterum esse Christum et alterum dei uerbum quod ante Mariam et ante sæcula, filium existentem patris? aut quomodo esse Christiani possunt qui dicunt alium esse filium et alium dei uerbum?

VI (ad Epict. 7) Et post alia iterum: Non per adoptionem hæc facta sunt, absit, sicut quidam æstimauerunt, sed ut est ueritas, homine facto saluatore totius hominis salus facta est. si enim adoptiue erat in corpore uerbum secundum illos, quod autem adoptione dicitur, fantasia est, inuenitur putatiue et salus et resurrectio hominum dici secundum impiissimum Manichæum. sed non fantasia est salus nostra neque corporis solum, sed totius hominis, animæ et corporis, ueraciter salus facta est; humanum naturaliter quod ex Maria, secundum diuinas scripturas et uerum erat saluatoris.

IVLII SANCTISSIMI QVI FVIT EPISCOPVS ROMAE EX EPISTOLA AD PROSDOCIVM

VII (Lietzmann, Apollinaris p. 284) Prædicatur autem ad plenitudinem fidei et incarnatus de uirgine Maria dei filius et habitans in hominibus, non in homine operatus (hoc enim in prophetis est et apostolis),

---

U, *S* [= *wr*]

6 *post* nihilo minus *excidit* homines *sicut in* *T* 9 consumptæ *US* [= *p*] consumpta *w*corr 10 peccatores *U* ut peccatores *S* peccatores et *T* 11 permanent *U* [= *T*] manent *S* 16 existamur *Uw'*, *corr.* *w* 19 factum *S* factum est *U* 29 filium *U* filium hominis *S*

perfectus deus in carne et homo perfectus in spiritu; non duo filii, unus quidem proprie filius adsumens hominem, alter autem mortalis adsumptus a deo, sed unus in cælo unigenitus, unigenitus in terra deus.

FELICIS SANCTI EPISCOPI ROMAE ET MARTYRIS EX EPISTOLA AD MAXIMVM EPISCOPVM ET CLERVM ALEXANDRIAE

VIII De incarnatione autem uerbi et fide, credimus in dominum nostrum Iesum Christum de uirgine Maria natum quia ipse est dei sempiternus filius et uerbum et non homo a deo adsumptus, ut alter sit præter illum. neque enim hominem adsumpsit dei filius, ut sit alter præter ipsum, sed deus existens perfectus, factus est simul et homo perfectus, incarnatus de uirgine. **Lietzmann, Apollinaris p. 318**

THEOFILI SANCTI QVI FVIT EPISCOPVS ALEXANDRIAE EX V PASCHALI EPISTOLA

VIIII Sunt enim et nunc miraculorum quæ tunc facta sunt, reliquiæ. ne increduli sint quia uirtus dei ualet facere uirginem parere, in qua factum uiuens dei uerbum propter similitudinem quæ ad nos est (aliter enim conloqui eum nobis propius possibile non erat), ne ex uoluptate et somno, quemadmodum in aliis hominibus habet, accipiat corpus, quod in similitudine huius, accepit ex uirgine natus, homo apparens quidem sicut nos secundum seruilem formam, ex operibus autem demonstratus quia omnium creator et dominus est, agens opera dei. **Sap. Sal. 7, 2**

EIVSDEM SEXTA PASCHALI EPISTOLA

X Quemadmodum enim artificum optimi non in pretiosis tantum materiis artem ostendendo in admiratione sunt, sed uilissimum lutum et ceram dissolutam plerumque dum adsumunt, suæ disciplinæ monstrantes uirtutem multo magis laudantur, ita omnium optimus artifex, uiuax et efficax dei uerbum, ordinis coaptatione adornans uniuersa, non alicuius pretiosæ materiæ cælestis corpus adsumens ad nos aduenit, sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit, ex luto formatum emendans hominem, ipse de uirgine nouo modo procedens homo, per modum quidem natiuitatis reconcilians, similitudinem autem quæ per omnia ad nos est sine peccato, non effugere iudicans, cum nascitur, pannis inuoluitur, nutritur, infans in præsepi iacens, naturæ nostræ infirmitatem suscipiens propter præcedentes causas. sed adhuc infans existens, simul et inimicum et eius perturbat agmen, magos euocans ad pænitentiam et faciens eos regem contemnere qui eos miserat. **Hebr. 4, 15** **Mt. 2, 8. 12**

CYPRIANI SANCTI EPISCOPI ET MARTYRIS EX INTERPRETATIONE DE ELEMOSYNA

XI Multa et maxima existunt, dilectissimi fratres, diuina beneficia ex quibus nostram salutem dei patris et Christi larga et diues clementia operata est et semper operatur. unde ut nos custodiret et uiuificaret, pater filium misit, ut nos renouet, et missus filius uoluit filius hominis fieri, ut nos filios dei constituat. humiliauit igitur semet **de op. et elemos. 1**

---

32 p. 56,3 *est uersio uersionis Græcæ ex Collectione T 24 desumpta; ipsa Cypriani uerba exhibentur in Collectione C*

U, S [= rw]

4 ROMAE *om. S* 6 fide *T* fidei *US* 11 EPLA PASCHALI *U* 13 factum *U* factum est *wT* factum est et *r* 19 ex sexta *r* 31 ELYMOSYNA *w* 34 filium suum *S*

ipsum, ut populum abiectum reficiat; uulneratus est, ut nostra uulnera sanet; seruiit, ut de seruitute ad libertatem seruientes sibi adducat; mortem sustinuit, ut inmortalitatem mortalibus reddat.

AMBROSII SANCTISSIMI EPISCOPI MEDIOLANENSIS [INTERPRETATIO]

XII Si mihi non credunt, credant apostolo dicenti: postquam uero uenit plenitudo
de fide 1, 94 Gal. 4, 4 temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.
filium, inquit, suum, non unum de multis, non communem, sed suum; cum dicit suum, generationis æternæ proprietatem signauit. hunc postea factum ex muliere astruxit, ut facturam non diuinitati, sed adsumpto corpori adscriberet, factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per obseruantiam legis. diuina enim eius generatio ante legem, ista post legem.

EIVSDEM DE LIBRO SECVNDO

XIII Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum dei, sicut scriptum
ibid. 2, 77. 78 1 Cor. 2, 4 est, non in persuasione uerbi est, sed in ostensione uirtutis. seruemus distinctionem
diuinitatis et carnis. unus in utraque loquitur dei filius, quia in eodem utraque natura est. etsi idem loquitur, non uno semper loquitur modo. intende in eo nunc gloriam dei, nunc hominis passiones: quasi deus docet diuina, quia uerbum est;
Ioh. 6, 51. 58 ut homo autem dicit humana, quia in mea substantia loquebatur. hic est panis uiuus
Ioh. 6, 54 qui descendit de cælo; hic panis caro est, sicut ipse dixit: hic panis quem ego dabo,
caro mea est. hic est qui descendit, quem pater sanctificauit et misit in mundum. nec ipsa littera nos docet sanctificatione non diuinitatem eguisse, sed carnem.

GREGORII MAGNI SANCTI EPISCOPI NAZIAZENI

ep. 101 XIIII Non decipiant homines nec decipiantur, hominem sine mente suscipientes dominicum, sicut ipsi dicunt, magis autem dominum nostrum et deum. nec enim hominem separamus a deitate, sed unum et eundem decernimus, prius quidem non hominem, sed deum et filium solum et ante sæcula, non mixtum corpori et quæcumque sunt corporis, in fine autem et hominem, adsumptum pro nostra salute, passibilem carne, inpassibilem deitate, circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu, eundem terrenum et cælestem, uisibilem et intellegibilem, capabilem et incapabilem, ut in toto homine eodem et deo totus homo reformetur, qui sub peccato ceciderat.

Si quis non dei genetricem Mariam æstimat, sit ipse sine deitate.

Si quis quasi per fistulam in uirgine transisse et non in ipsa formari deifice simul et humane, deifice quidem quia sine uiro, humane autem quia lege partus, anathema sit.

5—11. 13—21 *sunt ipsa uerba Ambrosii* [*A*], *hic illic ex Græca uersione* [*Γ*] *mutata. ceterum codicum A accurata notitia præsto non est*

V, *S* [= *wr*]

4 INTERPRETATIO *US falso ex Græco retentum* 7 cum — suum *US* [= *TC*] suum cum dicit *A* 8 significauit *TC*[*A*] 9 asseruit *A* facturam *S* factura *UTC*[*A*] adsumpto — adscriberet *US*[*Γ*] adsumptioni corporis adscriberetur *T*[*A*] adsumpto corpori adscriberetur *C* 10/11 diuina — generatio *US* [= *Γ*] *cf. C* generatio autem illa cælestis *T*[*A*] 15 dei [= *TC*] *om. A* 17 docet *US* [= *Γ*] loquitur *TC*[*A*] quae sunt diuina *TC* [*A*] 18 ut — autem *US* [= *Γ*] quasi homo *TC*[*A*] quæ sunt humana *C*[*A*] 19 panis hic *TC*[*A*] est panis quam *U* 20 descendit *US* descendit hic est *T* [descendit de cælo hic est *A*] mundum *US*[= *Γ*] hunc mundum *TC* [*A*] 21 nec *USTC est falsa lectio pro* hæc non *del. w* 23 homine *U* 31 si quis — deitate *om. S* 32 *post* si quis *ins.* dicit deum w^2

Si quis formatum dicit hominem et ita subingressum deum, damnatus est; non enim natiuitas dei hoc est, sed fuga natiuitatis.

Si quis introducit duos filios, unum quidem ex deo et patre, secundum autem ex Maria, et non unum et ipsum, et ab adoptione excidat quæ promissa est recte credentibus. (Eph. 1, 5) naturæ enim duæ deus et homo, quoniam et anima et corpus; filii autem non duo nec dei. neque enim hic duo homines, licet et ita Paulus interius hominis et exterius (2 Cor. 4, 16) appellauerit. et si oportet conpendiose dicere, aliud quidem et aliud, ex quibus saluator est, si quidem non idem est inuisibile uisibili et sine tempore sub tempore; alius autem et alius, absit. utraque enim summa unitate in contemperatione, deo quidem humanato, homine autem deificato uel quomodo quis nominet. dico autem aliud et aliud e contrario quam in trinitate habet. ibi enim alius et alius, ut non subsistentias confundamus, non aliud autem et aliud; unum enim tria sunt et identidem deitati.

Si quis ut in propheta dicit secundum gratiam operatum esse et non secundum substantiam coniunctum aut reformari, sit uacuus meliore operatione, magis autem plenus contraria.

Si quis non adorat crucifixum, anathema sit et adscribatur cum dei interfectoribus.

Si quis ex operibus perfectum aut post baptisma aut post resurrectionem ex mortuis adoptionem meruisse dicit, sicut pagani fictos, quos Græci perigraptos uocant, dicunt, id est adoptiuos, anathema sit. quod enim inchoatum est aut proficit aut consummatur, non deus, quamuis propter augmentum quod paulatim creuerit, ita dicatur.

BASILII SANCTISSIMI QVI FVIT EPISCOPVS CAESARIAE PRIMAE CAPPADOCIAE

XV Non enim tantum cælum et terra et magnitudines aequorum et quæ in aquis (de spir. s. 18) uersantur, et terrestria animalia et arbores et stellæ et aer et horæ et uarius uniuersitatis ornatus supereminens uirtutis commendant quantum quia potuit deus incapibilis inpassibiliter per carnem conplecti morti, ut nobis sua passione inpassibilitatem donet.

GREGORII SANCTISSIMI EPISCOPI NYSAE

XVI Hoc enim sapite, ait, in uobis quod et in Christo Iesu, qui in (or. 1 de beatit.) forma dei existens non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, sed (Phil. 2, 5-7) semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens. quid pauperius in deo quam serui forma? quid humilius in rege omnium quam in communionem pauperrimæ nostræ naturæ sponte uenire? rex regum et dominus dominantium seruitutis (Apoc. 19, 16) formam subiit; iudex uniuersitatis sub censu potentium fit; creaturæ dominus in spelunca deuertit; qui cuncta conprehendit, non inuenit locum in diuersorio, sed in præ- (Ies. 40, 12) sepi animalium iacet; mundus et inmaculatus humanæ naturæ sustinet sordes et per omnem paupertatem nostram transiens usque ad mortis accedit experimentum. uidetis spontaneæ paupertatis mensuram: uita mortem gustat; iudex ad iudicium ducitur; uitæ omnium dominus sub sententia iudicantis fit; qui totius est supermundanæ uirtutis rex, carnificum non repellit manus. ad hoc tibi, ait, exemplum humilitatis respiciat mensura.

U, *S* [= *wr*]

4 et ab *U* ab *S* [= *T*] 11 de *S* 13 in *om.* *U* 18 fictor *US* *debuit scribi* parengraptos 19 dicunt *del.* *w* 23 terra w^{corr} terram *US* 24 uertantur *S*, *corr.* *w* 25 incapibilis *U* incapillis *S* incapabilis w^2 29 rapina *w* 31 communione *S* 32 ueniret *U* 33/34 speluncam w^{corr} 39 repellit w^2 repellet *US*

ATTICI EPISCOPI CONSTANTINOPOLEOS

XVII Hodie Christus dominus misericordiæ natiuitatem suscepit; in deifica enim dignitate præexistebat.

[Et adiecit] deinde his infert iterum: Misericordiæ uerbum exinanitur, inexinani-
Phil. 2, 7 bilis natura existens; semet ipsum enim exinaniuit formam serui accipiens.
Ioh. 1, 14 qui sine carne est, propter te incarnatur; uerbum enim caro factum est. qui tactui non subiciebatur propter naturæ incorporeum, palpatur; qui sine initio est, sub initio fit corporeo; qui perfectus est, crescit; qui inconuertibilis est, proficit; qui diues est, in paupere diuersorio fit; qui coperit cælum nubibus, pannis inuoluitur; rex in præsepe ponitur.

ICONII EPISCOPI

XVIII Quoniam enim ipse et rex et deus est et mortem propter passionis dispensationem gustauit, munera magorum mysteriorum sunt indicia. offerunt aurum; cognoscunt enim eum regem. offerunt tus; deo enim scimus offerentes. adiciunt myrram propter mortem quæ in mysterio est passionis.

EIVSDEM

XVIIII Nisi enim ille nasceretur carnaliter, non tu renascereris spiritaliter. nisi ille sustinuisset serui formam, non tu dignitatem adoptionis lucratus esses; propter hoc enim in terra cælestis, ut tu in cælis leuareris terrenus. propter hoc Christus semet ipsum exinaniuit, ut nos omnes de plenitudine eius accipiamus. illius mors tua facta est inmortalitas; domini passio serui facta est altitudo; tu autem beneficium accipis ad commodum blasphemiæ.

SIMILITER ATTICI EPISCOPI CONSTANTINOPOLEOS

XX Si quem ambiguum facit unigeniti humanatio et uirginis partus et passionum communicatio et crux et passio et mors, ediscens cognoscat prouidere hæc mundi salutem, sed nec indigna misericordia potioris. si enim turpe est deo in uirgine habitare, turpius utique omnino est et facere; si uero creans non iniuriatus est, nec habitare in creatura obprobrio dignum iudicauit. et si pati malum est, passionibus liberare quantum est? unde et mortuus est, inmortali morte mortificans mortem, et resurrexit nostram largiens resurrectionem, et omnia hæc suscepit non natura deitatis, sed adsumptione carnis, hic quidem in inuiolabilibus suæ habitans inpassibilitatis, hic uero omnia passus est sustinens, ut fieret uitæ optimæ dux et legislator.

XVII—XX *adiciunt US sicut T, ubi tamen adnotatur*: hæc testimonia quæ secuntur, in aliis exemplaribus non inuenitur. *desunt omnia in codice Casinensi Collectionis C, ultima duo in codice Vaticano eiusdem Collectionis. de codicibus Græcis referam ad V 54 et A 75; hic adnotasse sufficiat hæc quattuor capitula ex gestis quæ d. 22. m. Iul. 431 facta esse dicuntur, in primam sessionem esse translata. neque enim Vincentius Lerinensis Attici uel Amphilochii mentionem facit in Commonitorio [30] et Rusticus adnotat in dialogo c. Aceph. p. 74*[b]: suscipe de Ephesina synodo lectionem quam superaddiderunt iam postquam uenerunt uicarii sanctissimi Cælestini papæ Romani, ex iis demonstrantes quomodo debeat CCCXVIII sanctorum patrum symbolum declarari ex testimonio sanctæ memoriæ Attici

---

U, S [= wr]

4 Et adiecit *US[= p]* 11 Amphilochii epi iconii T *post* episcopi *add.* beati amphylochii *U*[rec]
21/22 accommodum *S* 23 CONSTANTINOPOLI *S* 32 est *US[= T]* ut fieret *om. S*

26 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Habemus autem et codices blasphemiarum reuerentissimi Nestorii, e quibus unius elegimus capitula, quæ, si placet, legimus.

Flauianus episcopus Filippensium dixit: Legantur et inserantur gestis.

DE CODICE EIVSDEM NESTORII QVATERNIO XVII IN DOGMATE

I Quando igitur diuina scriptura dictura est aut natiuitatem Christi, quæ ex beata [Loofs, Nestor. p. 273, 18–274, 17] uirgine est, aut mortem, nusquam uidetur ponens »deus«, sed aut »Christus« aut »filius« aut »dominus«, quoniam hæc tria naturarum sunt significatiua duarum, aliquando quidem huius, aliquando autem illius, aliquando autem huius et illius. hoc autem est quod dico. quando ex uirgine natiuitatem nobis scriptura exponit, quid dicit? misit deus filium suum. [Gal. 4, 4] non dixit: misit deus deum uerbum, sed accepit nomen quod nuntiat naturas duas. quoniam enim filius homo est et deus, dicit: misit deus filium suum, factum ex muliere, [Gal. 4, 4] ut cum audieris factum ex muliere, deinde uideas nomen propositum quod indicat naturas duas, ut natiuitatem ex uirgine Maria filii quidem uoces; filium enim genuit dei et Christi genetrix uirgo, sed quoniam filius dei duplex est secundum naturas, non genuit quidem filium dei, sed genuit humanitatem, quæ est filius propter coniunctum filium.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VICESIMO PRIMO

II Vide quod contingit, hæretice. non inuideo uoci Christi genetricis uirginis, sed [Loofs, Nestor. p. 277, 19–278, 2] noui uenerabilem quæ suscepit deum, per quam processit uniuersorum dominus, per quam resplenduit iustitiæ sol. [Mt. 4, 2] iterum suspectum habeo plausum: quomodo »processit« intellexistis? non dictum est a me hoc processit pro eo quod natus est; non enim sic cito obliuiscor meorum. procedere deum de Christi genetrice uirgine a scriptura didici diuina, nasci uero deum ex ea nusquam didici.

III Et post alia: Nusquam igitur diuina scriptura deum a Christi genetrice uirgine [Loofs, Nestor. p. 278, 5-13] dicit natum, sed Iesum Christum filium dominum. hæc omnes confitemur; quæ enim docuit diuina scriptura, miser est qui non statim suscipit. surgens accipe puerum et matrem eius. [Mt. 2, 13] hæc angelorum uox; amplius autem quam tu quæ natiuitatis sunt, nouerant archangeli. surgens accipe puerum et ʼmatrem eius. non dixit: surge, accipe deum et matrem eius.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VICESIMO QVARTO

IIII Quod ergo dicebamus ne timeas accipere Mariam uxorem tuam; quod [Loofs, Nestor. p. 285, 24–287, 21] enim in ea natum est, hoc est ΓΕΝΝΗΘΕΝ, siue per unum siue per duo, intellectum nihil lædit (quod enim in ipsa natum est, ex spiritu est sancto), [Mt. 1, 20] si dixerimus quia deus uerbum natum est in carne. aliud enim est simul esse cum nascente et aliud nasci. quod enim in ipsa, ait, natum est, de spiritu est sancto, hoc est spiritus sanctus creauit quod in ipsa est. uiderunt ergo patres, utpote scientissimi scripturarum diuinarum, quia si de incarnato posuerimus natum, inuenitur aut filius spiritus deus uerbum aut duos patres habens, aut per unum inuenietur deus uerbum creatura

---

U, *S* [= *wr*]

3 placet *T* placent *US*   23 a *S* *om.* *U*   24 didici[1] *Uw*corr dici *wr*corr nasci *r*   33 hoc est ΓΕΝΝΗΕΕΝ [sennheen *r*] *S* [*cf.* *T*] *om.* *U*   unum *U* [= *T*] unum n id est genitum *S* [= *C*]   duo *U* [= *T*] duo id est quod in ea factum est *S* [= *C*]   38 carnato *U*   39 unum *US* unum N *T*

spiritus existens. fugientes ergo natiuitatis sermonem, posuerunt »qui descendit propter nos homines et propter nostram salutem, et incarnatum«. quid est incarnatum? non conuersum ex deitate in carnem: incarnatum ex spiritu sancto secuti sunt euangelistam. euangelista enim ueniens in humanationem, fugiit natiuitatem [Ioh. 1, 14] dicere de uerbo. uerbum caro factum est; non dixit: uerbum per carnem natum est. ubi enim mentionem faciunt filii aut apostoli aut euangelistæ, ponunt quia natus est ex muliere. adtende quod dicitur, rogo: ubi dicunt nomen filii et quia natus est ex muliere, ponunt »natus est«; ubi uero mentionem faciunt uerbi, nemo eorum ausus est dicere natiuitatem per humanitatem. audi: beatus Iohannes euan- [Ioh. 1, 14] gelista ueniens in uerbum et inhumanationem eius, audi qualia dicit. uerbum caro factum est, hoc est adsumpsit carnem, et habitauit in nobis, hoc est nostram indutus est naturam et habitauit in nobis, et uidimus gloriam eius, filii. non dixit: uidimus natiuitatem uerbi.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XV IN DOGMA

[Loofs, p. 248, 10-249, 1] V Sic et secundum carnem Christum ex coniunctione quæ ad deum uerbum est, deum nominamus, uisibilem scientes sicut hominem. audi utraque Paulo prædicante: [Rom. 9, 5] ex Iudæis Christus secundum carnem, qui est super omnes deus. confitetur hominem primum et tunc dei copulatione diuine loquitur de uisibili, ut nullus hominis cultorem Christianismum suspicetur.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XXVII

[Loofs, p. 289, 6-15] VI Sed sicut dicebamus deum omnium creatorem et deum Moysen (deum enim ait, [Exod. 7, 1] posui te Faraonis) et filium Israhel dei (filius enim ait, primogenitus meus [Exod. 4, 22] Israhel), et sicut dicebamus Christum Saul (non enim ait, mittam manum meam [1 Reg. 24, 7] in eo, quia Christus domini est) et dominum similiter (hæc dicit, ait, [Ies. 45, 1] dominus Christo meo Cyro) et Babylonium sanctum (ego enim ait, præcipiam [Ies. 13, 3] eis; sanctificati enim sunt et ego adduco eos), ita dicimus et dominum Christum et deum et filium et sanctum et Christum; sed communio quidem nominum similis, non autem eadem dignitas.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XV

[Loofs, p. 254, 5-12; Coll. Pal. 29, 9; Phil. 2, 5. 7] VII Hoc sapite in uobis quod et in Christo Iesu, qui in forma dei existens semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens. non dixit: hoc sapite in uobis quod et in deo uerbo, quod in forma dei existens formam serui accepit; sed accipiens »Christus« utpote duarum naturarum appellationem significatiuam, sine periculo eum et serui formam, quam accepit, et deum nominat, dum hæc quæ dicuntur, in duplum naturarum diuidantur sine reprehensione.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XVI

[Loofs, p. 261, 20-262, 6; Phil. 2, 10. 11] VIII Vt in nomine Iesu, ait, omne genu flectatur cælestium et terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus. propter indutum indumentum ueneror; propter occultum adoro uisibilem.

U, *S* [= *wr*]

4 fugit *S* 6 faciant *S* 10 humanationem *S* [= *T*] 19 culturam *w*[corr] 24 dominum] κύριον *pro* Κῦρον 34 eum *S* cum *U*

indiuisibilis a uisibili deus: propter hoc indiuisi honorem non diuido. diuido naturas, sed unio adorationem.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XVII IN DOGMATE

VIIII Erat quidem deus uerbum et ante humanationem filius et deus et coexistens patri, adsumpsit autem in ultimis temporibus serui formam. sed existens ante hoc filius et uocabatur, post adsumptionem non potest uocari separatus filius, ne duos filios dogmatizemus; sed quoniam illi coniunctus est, qui a principio est filius, sibi iuncto, non potest secundum dignitatem filiationis diuisionem suscipere, secundum dignitatem dixi filiationis, non secundum naturas. propter hoc et Christus deus uerbum nominatur, quoniam quidem habet coniunctionem ad Christum continuam.

Loofs, Nestor. p. 275, 1-11

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XV IN DOGMA

X Inconfusam igitur naturarum custodimus coniunctionem, confitemur in homine deum, ueneramur diuina coniunctione omnipotenti deo coadorandum hominem.

Loofs, Nestor. p. 249, 1-4

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VI

XI Considera et quod his statim copulatur: ut misericors, ait, fiat et fidelis pontifex ad deum. in quo enim passus est ipse temptatus, potest temptatis subuenire. ergo qui passus est, pontifex misericors est; passibile uero templum, non uiuificator passi deus.

Loofs, Nestor. p. 234, 10-16 Hebr. 2, 17. 18 Coll. Pal. 29, 6

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XXVII

XII Vt discatis, ait, quod ualde quædam deitatis existebat coniunctio et in pueritia dominicæ conspectæ carnis. erat enim ipse puer et pueri dominus. laudastis uocem; sed nec ipsi indiscusse plaudatis. dixi enim quod ipse erat puer et pueri habitator.

Loofs, Nestoriana p. 292, 1-6 Coll. Pal. 29, 21

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE PRIMO

XIII Communes enim sunt trinitatis operationes et solis subsistentiis diuisionem habent. unigeniti ergo gloria aliquando patri adhibetur (est enim ait, pater meus qui glorificat me), aliquando spiritui (spiritus enim ait, ueritatis me glorificabit), aliquando Christi potentiæ.

Loofs, Nestor. p. 225, 13-18 Coll. Pal. 29, 4 Ioh. 8, 54 Ioh. 16, 13. 14

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XVI

XIIII De filio dicens: Iste qui dicit: deus meus, deus meus, quare me dereliquisti? iste qui triduanam mortem sustinuit; adoro autem cum deitate hunc ut diuinæ cooperatorem auctoritatis.

Mt. 27, 46 Loofs, Nestor. p. 260, 4-7 Coll. Palat. 29, 10

XV Et post alia: Propter indutum indumentum colo; propter occultum adoro uisibilem. inseparabilis a uisibili deus; propter hoc indiuisi honorem non diuido. di-

Loofs, Nestor. p. 262, 3-12 supra VIII Coll. Pal. 29, 11

---

13 caue quod dicit coadorandum w^{mg}

U, *S* [*wr*]

4 *prætermissum est* existens *in* dum existebat *corrigere* 13 diuina coniunctione w^{corr} diuinæ coniunctioni *US* 14 sexto decimo *w* 18 uiuificator — dei *T* uiuificatur nisi posse dei *US* 20 quidam *U* 25 communis *U* 27 glorificauit *US* 28 potentia *U* 31 triduanum *w* ut *T* et *US*

uido naturas, sed unio adorationem. non per se deus est quod plasmatum est in uulua; non per se deus quod creatum est ex spiritu; non per se deus quod sepultum est in sepulcro; sic etenim essemus hominis cultores et mortui cultores manifesti. sed quoniam in adsumpto deus, ex adsumente adsumptus, ut adsumenti copulatus, coappellatur deus.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE III CONTRA HAERETICOS

Loofs, Nestor. p. 226, 14-227, 3 XVI De spiritu dicens: Quomodo enim erit seruus, ait, qui cum filio et patre operatur? et si quæret aliquis spiritus actiones, inueniet a filii et patris in nullo deficientes, non quasi quod una diuidatur deitas, sed quia diuina scriptura quod est unius uirtutis, in singulas diuidat subsistentias ad demonstrationem trinitatis similis. et considera mihi similem ex necessariis quæ sunt in operibus, inchoantem. (Ioh. 1, 14) deus uerbum factum est caro et habitauit in nobis. consedere facit sibi adsumptam pater humanitatem; (Ps. 109, 1) dixit enim ait, dominus domino meo: sede a dextris meis. adsumpti spiritus descendens continuit gloriam; (Ioh. 16, 13. 14) quando enim ait, uenerit spiritus ueritatis, ille me glorificabit.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VI

Lc. 4, 18. 19 Loofs, Nestor. p. 235, 6-236, 6 XVII De Christo dicens quia missus est prædicare captiuis remissionem, sicut apostolus dicit, infert et ait: Iste fidelis deo factus pontifex (factus est enim iste, non consempiternus ante), iste qui paulatim in pontificis, hæretice, profecit dignitatem. audi apertius tibi hoc clamante uoce. (Hebr. 5, 7-9) in diebus, ait, carnis suæ preces et supplicationes ad eum qui potest eum saluare de morte, cum clamore ualido et lacrimis offerens et exauditus a reuerentia, cum esset filius, didicit ex quibus passus est, obœdientiam et consummatus factus est obœdientibus sibi omnibus causa salutis æternæ. consummatur autem quod paulatim proficit, hæretice. de quo alibi Iohannes et Lucas in euangeliis clamant: (Lc. 2, 52) et Iesus proficiebat sapientia et ætate et gratia; quibus consona et Paulus loquens: (Hebr. 5, 9. 10) consummatus, ait, factus est obœdientibus sibi omnibus causa salutis æternæ, appellatus a deo pontifex secundum ordinem Melchisedech.

XVIII Et post alia: Pontifex uocatus. quid ergo interpretaris contra Paulum inpassibile deum uerbum terreno admiscens simili corpori et passibilem pontificem faciens?

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VII SIC

XVIIII Loofs, Nestor. p. 240, 1-4 Hebr. 3, 1. 2 Vnde, fratres uocationis cælestis participes, considerate apostolum et pontificem confessionis nostræ Iesum, fidelem existentem ei qui fecit eum.

Loofs, Nestor. p. 240, 4-9 XX Et post alia: Existente igitur uobis hoc solo pontifice conpatiente et consanguineo et firmo, nolite a fide quæ in eum est, præuerti; ipse enim nobis promissæ benedictionis ex semine Abraham destinatus est, utpote pro se et genere corporis sacrificium adferens.

4/5 caue quod dicit coappelletur w^{mg}

U, S [= *wr*]

2 creatum est ex [w^{corr} et *S*] spiritu non per se deus quod *S om. U* 4/5 coappelletur *S* 12 considere w^{corr} 15 glorificabit w^{corr} *r* glorificauit *Uw* 25 profecit *U* [= *p*] 31 simile *US*

Notandum est quia confessus [es] omnem pontificem egere sacrificio et subducens Christum uelut non indigentem, in his ait pro se offerre et genere sacrificium.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE IIII

XXI Audite igitur intendentes dicta. qui manducat, inquit, meam carnem. mementote quia de carne est quod dicitur, et quia a me non additur nomen carnis, ut non uidear illis contraria interpretari. qui comedit carnem meam et bibit meum sanguinem. numquid dixit: qui manducat meam deitatem et bibit meam deitatem? qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eum. Loofs, Nestor. p. 227, 20-228, 3 Coll. Pal. 29, 20 Ioh. 6, 56

XXII Et post alia: Sed ad propositum. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eum. mementote quia de carne est quod dicitur. sicut misit me uiuens pater, me uisibilem. sed forte aliter interpretor; audiamus ex sequentibus. sicut misit me uiuens pater. ille dicit deitatem, ego humanitatem: uideamus qui male interpretatur. sicut misit me uiuens pater. dicit hæreticus: hic deitatem dicit; misit me, ait, deum uerbum. sicut misit me uiuens pater, secundum illos et ego uiuo, deus uerbum, propter patrem. deinde post hoc: et qui manducat me, et ille uiuit. quem manducamus, deitatem an carnem? Loofs, Nestor. p. 228, 4-16 Coll. Pal. 29, 14 Ioh. 6, 57

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE TERTIO

XXIII Et omnino, ait, si omne simul nouum testamentum uersabis, non inuenies alicubi in eo mortem deo applicari, sed aut Christo aut filio aut domino. Christus enim et filius et dominus in unigenito (a scriptura accipimus) naturarum est duarum significatiuum et aliquando quidem significat deitatem, aliquando autem humanitatem, aliquando utraque, quale est cum Paulus scribens prædicat cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, humanitatem clamat filii; cum dicit iterum idem ad Hebræos deus locutus est nobis in filio, per quem et sæcula fecit, deitatem significat filii. nec enim caro creatrix est sæculorum, quæ post sæcula multa creata est. Loofs, Nestor. p. 269, 14-27 Rom. 5, 10 Hebr. 1. 2

XXIIII Et iterum post alia: Nec deitas fratrem Iacobum habuit nec dei uerbum adnuntiamus mortem, cum dominico corpore et sanguine cibamur. Loofs, Nestor. p. 271, 1-3

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE TERTIO

XXV Intendo, ait, nostros populos religiositatem quidem multam possidentes et calidissimam pietatem, de ignorantia autem circa scientiæ dei dogma labentes. hoc uero non est crimen populorum, sed (quomodo decenter possim dicere?) dum tempus non habuerint doctores aliquid de suptilibus uobis insinuare dogmatibus. Loofs, Nestor. p. 283, 2-8

27 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Ecce manifeste in his ait quia nullus ante eum de doctoribus ista locutus est populis quæ ipse locutus est.

U, *S* [= *wr*]
1 es *Uw* est *r* *om.* *T* omnem *S* omnia *U* 2 uelud *U* ut *S* genere *U* gerere *S* 8 bibit *om.* *U* 9 eo w^{corr} 11 eo w^{corr} 15 me^{2}] a me *U* 20 omnes *US*, *corr.* *w* 22 scriptura *U* scripturas *w* scripturis w^{corr} *r* accipimus = λαμβάνομεν *pro* λαμβανόμενον 29 uerbum *US* [= *uaria lectio in Γ*] uerbi w^{corr} 31 TERTIO *US* XXIII *Γ et ceteræ uersiones* 33 scientiæ w^{corr} scientiam *US*

Flauianus episcopus Filippensium dixit: Quoniam acerba et blasphema sunt quæ a Nestorio dicta sunt, et non sufferunt aures nostræ amplius pollui, unaquæque pars blasphemiæ eius inseratur gestis ad accusationem docentis hæc.

28 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Reuerentissimus et sanctissimus metropolita et episcopus Carthaginis Capriolus per Bessulam diaconem scripsit ad sanctam hanc synodum epistulam, quam si iusserit uestra reuerentia, legam.

XVIII 1 Reuerentissimis et beatissimis et sanctissimis conministris undique ad sanctam synodum conuenientibus Capriolus. Orabam, reuerentissimi fratres, in tali statu uenerabilem uestram synodum celebrari, ut et nos electis communi iudicio fratribus et coepiscopis nostris non recusationem lamentatione dignam, sed instructam legationem magis mitteremus, nisi nostram instantiam causæ diuersæ impedirent. etenim primum domini et filii nostri piissimi imperatoris Theodosii tales litteræ ad manus uenerunt, quæ beatæ memoriæ fratris nostri et coepiscopi Augustini præsentiam specialiter exigebant, quæ prædictæ litteræ in hac uita inuenire eum nullatenus potuerunt. unde ego, qui ipsam imperialem notitiam, licet prædicto destinata uideretur, accepi missam, et in omnibus prouinciis Africæ conpetentibus litteris et solitis colloquiis synodum uolui congregare, ut electi e numero fratrum et episcoporum nostrorum ad adorabilem synodum uestræ beatitudinis destinarentur. sed quoniam non est apertus accessus uiæ (etenim infusa inimicorum multitudo et uastatio lata prouinciarum, quæ aut extinctis habitatoribus aut fugatis miserandam exterminationis faciem in longitudinem et in latitudinem extendentem facultatem consummauit ueniendi), his igitur impedimentis conuenire ad unum qui circum Africam sunt episcopi nullatenus potuerunt.
d. 19. m. Apr. 431 quibus additur quoniam imperiales in diebus paschæ ad nos uenerunt litteræ, quando uix usque ad uenerabilem totius synodi duorum mensuum spatium restabat, qui uix sufficiebant et ipsi Africanæ synodo in unum conuenire, et si nulla difficultas ab hostibus præsens accideret. hinc factum est, licet legatos nullo modo destinare potuimus, propter reuerentiam tamen debitam ecclesiasticæ disciplinæ filium meum Bessulam diaconum cum his excusationis litteris destinauimus, adorabiles fratres. unde postulo uestram sanctitatem, licet credam auxilio nostri dei per tantam synodum uenerabilium sacerdotum firmam per omnia fidem catholicam futuram, ut operante sancto spiritu, quem uestris cordibus in omnibus gerendis credimus adfuturum, nouas doctrinas et ante hoc ecclesiasticis auribus expertes prouincialis auctoritatis uirtute repellere et ita nouis quibuscumque erroribus resistite, ne eos quos pridem expugnauit ecclesia et in his temporibus quibus exorti sunt, et apostolicæ sedis auctoritas et in unum consonans sententia sacerdotalis frequenter, sub habitu secundæ collocutionis uox uideatur pridem ablata renouari. si quid forte nouiter exortum est quæstionis, necesse est aut acceptum probetur aut condemnatum possit discerni; hæc autem de quibus iam pridem iudicatum est, si aliquis dimiserit ad secundam conlocutionem uocari, nihil aliud uidebitur siquidem de fide quam hactenus tenuit, ipse ambigere. deinde et propter posteriorum exemplum, ut hæc quæ nunc pro catholica fide definita sunt, habere possint perpetuam firmitatem, hæc quæ iam a patribus sunt definita, custodienda sunt, quoniam si quis uo-

U, S [= *w*] *r*

1 blasphemia *w* 7 *et* XVIII *et* XXIII *adscribit w* 12 talis *U* 21 extendentem *US* = *T*, ἐκτείνουσαν *pro* ἐκτείνουσα 24 uenerabilem — synodi *US* = *T* 26 accederet *US* est *US* = *T*, *deest* ut = ἵνα 27 debitum *U* 28 ad honorabiles *S* 29 auxilium *S* 31 regendis *S* [= *T*] 32 prouincialis *US* = *T*, ἀρχαίας *Græca* repellere *in* repellite *corr. w* 33 eos *US* = *T*, τούτους *Græca corrupte* 35 frequenter sub = συνεχῶς ἐν *pro* συνέχωσεν 38 siquidem *US* = *T*, εἴπερ *pro* ἤπερ

luerit quæ pro catholico statu decreta sunt, in perpetuum manere, non sua auctoritate, sed antiquorum sententia debet confirmare quod sensit, unde sic hoc quidem ab antiquioribus, hoc autem a recentioribus uidens hoc quod confirmat, probans, unigenitam catholicæ ecclesiæ ueritatem a præteritis temporibus usque ad nostram simplici puritate et inuicta auctoritate currentem semet et dicere doceat et tenere. hæc interim pro præsenti legatione Africæ quam destinare necessitas prædicta non concessit, uenerabilibus uestris auribus summisi, plurimum petens quatenus conspectis quæ in rebus sunt et temporibus calamitates, nostram absentiam nullam superbiam aut neglegentiam, sed manifestam necessitatem magis arbitrari dignamini.

2 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Et epistola quæ lecta est reuerentissimi et sanctissimi episcopi Carthaginis Caprioli, inseratur fidei gestorum. uult enim antiqua quidem ualere fidei dogmata, recentiora autem utpote adinuenta et impie dicta reprobari et eici.

3 Omnes episcopi clamauerunt: Hæc omnium uoces sunt. hæc omnes dicimus. hæc omnium oratio est.

Sententia prolata a sancta synodo contra impium et inimicum rectæ fidei Nestorium, damnans eum

4 Sancta synodus dixit: Super alia neque obaudire uolentem honorabilem Nestorium nostram uocationem neque quidem a nobis destinatos sanctissimos et reuerentissimos episcopos suscipientem necessario accessimus ad discussionem impie ab eo dictorum et conprehendentes eum et ex epistolis eius et ex scriptis, quæ lecta sunt, et de nuper ab eo dictis in hanc metropolim et per testium depositionem impie sapientem et prædicantem, necessario coacti sumus tam ex canonibus quam ex epistola sanctissimi patris ep. 2
nostri et comministri Cælestini episcopi Romanorum ecclesiæ, lacrimantes sæpius, ad hanc mæstam contra eum uenire sententiam.

Qui blasphematus igitur ab eo est dominus noster Iesus Christus, definiit per præsentem sanctissimam synodum alienum esse eundem Nestorium ab episcopali dignitate et omni conuentu sacerdotali.

5 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Charisius quidam nomine presbyter et dispensator sanctæ ecclesiæ Philadelphiæ ciuitatis adseruit quosdam ex Lydia oriundos hæreticos uoluisse quidem suum errorem deponere, conuerti uero ad ueritatis lumen et inbui catholicæ ⟨ecclesiæ⟩ piis rectisque dogmatibus. dixerunt eos qui ad ueritatem fuerant deducendi, in peiorem tractos errorem et tamquam ex fouea in profundiorem foueam cecidisse. [adseruit] Antonium namque et Iacobum nomina tantum presbyterorum habentes dicitur de Constantinopolim descendisse

---

10—15 *ex alia uersione adfert Vincentius Lerinensis in Commonitorio* 31

5—7 XVIIII 1—11 *uersio est et ex Coll. T 46 et ex Coll. Palatina 38 [P] desumpta. Græce extat in* A[1] *76. 77; primæ sessionis gestis actio de Charisio inserta est in VPSD. de ceteris uersionibus Latinis cf. quæ adnotaui ad Coll. Pal. 38 [uol. V p. 84]. in initio haud parca omissa sunt, cetera proxime accedunt ad uersionem Collectionis Palatinæ 38 [P]*

U, S [= wr]

3 uidens *US = T*, ὁρῶν *pro* ὅρων 5 currente *U* 8 calamitatibus *w*[2] *r* absentem *U* 16 XXIIII *w* 19 nostram *om. S* 26 blasphematur *s* 29 XLVII *w* 32 ecclesiæ *om. US* 34 adseruit *Uw* [= *TP*] asserunt *r*; *delere prætermisit qui nouauit uersionem*

cum epistolis commendaticiis Anastasii cuiusdam et Fotii, qui tunc temporis hæretico Nestorio adhærebant, qui et ipsi nomina tantum presbyterorum habebant, et cum deceret magis apostolicam euangelicamque fidei traditionem quam etiam patres exposuerunt qui Nicæam conuenerunt, eis tradi qui ab errore conuertuntur ad ueritatem et qui de tenebris ad lucem cupiunt peruenire, optulisse nescio quam impiissimorum dogmatum expositionem tamquam more symboli conpositam eidemque subscribere illos miseros compulisse et in hoc omnem impietatis excessisse mensuram. atque ut hæc quæ dicta sunt, possint euidentius adprobari, infra scriptus est etiam libellus oblatus a memorato presbytero Charisio et impiæ illius nefandæque fidei expositio de incarnatione filii dei cum subscriptione etiam illorum qui decepti sunt.

6 Sanctissimæ et deo dilectæ synodo universali quæ in Ephesiorum metropoli congregata est, a Charisio presbytero et dispensatore ecclesiæ Philadelphiæ. Est quidem omnibus sapientibus exoptandum honorem debitum et conuenientem patribus et maxime spiritalibus præceptoribus semper deferre; si uero contigerit ut hi qui docere debent, ea discipulis de fide garriant quæ aures omnium mentesque possint lædere, necesse est ordinem commutari et eos qui peruerse docere contendunt, a discipulis magis redargui. et quoniam inter eos est Nestorius numerandus, qui fructus opinionis suæ malæ decerpsit, qui de fide Christi nefandissime sentiens et docens semper quæ eum docere non decuit, omnem pæne orbem terræ turbauit, adeo ut etiam piissimi principes censere cogerentur huc uestram sanctam synodum conuenire et rectæ fidei dogmata confirmare, quod etiam sua clementia dominus deus indulsit ut propter causam supra dictam uos omnes huc patres sanctissimi conueniatis, huius rei gratia ego ad uestræ sanctitatis genua prouolutus adfirmo quod non solus ipse Nestorius, uerum etiam impietatis eius participes Anastasius et Fotius presbyteri, eandem etiam in aliis ciuitatibus fidem nefandam disseminare cupientes, Iacobo cuidam sui simili fauorem præstiterunt et præstant, ad conloquii societatem adhibentes eum et mensæ, quem etiam per litteras tamquam orthodoxum religiosissimis Lydiæ episcopis commendarunt. qui talia ammittit quæ sanctitatem uestram, si ea cognouerit, commouebunt iustas in eum et competentes pœnas efferre nec non etiam in eos qui ei patrocinantur et fauent. nam cum Philadelphiam ciuitatem Lydiæ aduenisset, simpliciores quosdam decepit clericos et illa fide spreta quam patres Nicææ ediderunt, symbolo alterius fidei, immo perfidiæ suscribere compulit. et hoc illi simplicitate sua fecerunt et subscripserunt hoc modo: »huic rectæ fidei adsentimus.« quæ expositio hæreticæ blasphemiæ plenissima est cum subscriptione eorum quibus subreptum est, et quæso ut ea coram uestra sanctimonia recitetur, ut intellegatur quomodo illi rectam fidem euertere sint conati; nec non etiam et litteras supra dictorum relegite, per quas Iacobum quidem hæreticum, qui talia ausus est perpetrare, orthodoxum esse testantur, me uero tamquam hæreticum a communione ac ministerio summouerunt pietatis dogmata retinentem, sicut in subditis apparebit. nam his recitatis sanctitas uestra comperiet qualia sint ea quæ illi aduersum rectam fidem scelera commiserunt, quæ per uestram sanctitatem deus penitus destruet.

U, *S* [= *wr*]
8 euidenter *S* 11 xviiii *w* 14 spiritalibus et *P* 18 semper *US* sæpe *TCP* 27 commendauerunt *U* 29 offerre *S* 32 illis *U* 35 ut et *w* 36 etiam *om. r*

CHARISII PRESBYTERI CONFESSIO FIDEI

7 Credo in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium et inuisibilium factorem; et in unum dominum Iesum Christum, filium eius unigenitum, deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, eiusdem cum patre substantiæ, qui propter nos et nostram salutem descendit de cælis et incarnatus est, natus est ex sancta uirgine, homo factus est, crucifixus est pro nobis, mortuus est, surrexit tertio die, ascendit in cælis, inde uenturus iudicare uiuos et mortuos; et in spiritum ueritatis, paracletum similis substantiæ cum patre et filio, et sanctam catholicam ecclesiam et in resurrectionem mortuorum et in uitam æternam.

ET ALIA MANV

Ego Charisius optuli libellum sicut supra scriptum est, et subscripsi manu mea.

EXEMPLAR EXPOSITIONIS SYMBOLI TRANSFORMATI

XVIIII 1 Quisquis uel nunc primum instituitur ecclesiasticorum dogmatum scientia uel
ex quolibet hæretico errore ad ueritatem desiderat commigrare, eum discere conuenit
et confiteri quod credimus in unum deum patrem æternum, qui neque postea cœpit
esse, sed antea et semper erat deus, neque postea factus est pater, quia semper erat
2 deus et pater. credimus autem et in unum filium dei unigenitum ex substantia
3 patris, ut uere filium et ex substantia eius cuius est et esse creditur filius. et spiritum
sanctum, qui est ex dei substantia, qui non est filius, sed deus per substantiam, utpote
eiusdem substantiæ cuius est deus et pater, ex quo est per substantiam. nos enim
inquit apostolus, non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo 1 Cor. 2, 12
est, ab omni quidem creatura eum separans, deo uero coniungens, ex quo est per sub-
stantiam præcipua quadam propriaque ratione præter omnem aliam creaturam, quam
non ex substantia, sed ex causa operationis a deo credimus factam. et neque filium
4 putamus neque per filium essentiam cepisse. confitemur autem ipsum per se patrem
perfectum in sua persona et filium simili modo et item spiritum sanctum, salua manente
nobis ratione pietatis, ut patrem et filium et spiritum sanctum non tres diuersas sub-
stantias esse credamus, sed unam eandemque similitudinem deitatis.
5 Scire autem conuenit etiam de dispensatione quam pro nostra salute in domino Christo dominus deus impleuit, quod deus uerbum hominem perfectum adsumpsit ex semine Abraham et Dauid iuxta prædicationem sanctarum scripturarum, eiusque naturæ cuius et illi fuerant ex quorum semine ortus est, hominem extitisse perfectum, ex anima rationali et carne compositum, quem hominem nostræ naturæ consimilem spiritus sancti uirtute in uulua uirginis fictum dicimus factumque ex muliere, Gal. 4, 4. 5
factum sub lege, ut omnes nos a seruitute legis redimeret [et] consecutos adoptionem quæ est olim repromissa, inæstimabiliter sibi coniunxit et mortem quidem experiri more hominum fecit, suscitauit uero a mortuis et euexit in cælos et sedere Eph. 1, 20. 21

U, *S* [= *wr*]
7 in *om. S* paraclitum *w*^corr *r* 8 in *om. S* 9 in *superscr. U del. w* 11 XLVIII *w* 13 XVIIII *Uw* 18 et in *TP* 25 cepisse *r* coepisse *Uw* [*uaria lectio in P*] 26 item *TP* iterum *US* 30 xps *U* 35 consecutos *P* et consecutus *US* [*cf. T*]

fecit ad dexteram dei, unde cum sit supra omnem principatum et potestatem
et dominationem et supra omne nomen quod nominatur, non tantum
in hoc sæculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura accepit uenerationem
utpote cum diuina natura habens inseparabilem coniunctionem, ut relatio dei et sensus,
6 omni creatura uenerationem ei tribuente. et neque duos dicimus filios neque duos
dominos, quoniam unus est filius per substantiam, deus uerbum, unigenitus filius patris,
cui iste coniunctus et habens adoptionis participationem etiam filii appellationi et
honori communicat; nam dominus per substantiam est deus uerbum, cui iste coniunctus
honori communicat. et proptera neque duos dicimus filios neque duos dominos,
quia cum sit manifestus is qui est per substantiam dominus et filius, inseparabilem
habens cum eo coniunctionem hic quoque qui pro salute nostra adsumptus est, conre-
fertur, id est CYNANAΦEPETAI in nuncupatione et filii et domini, non quemammodum
Gal. 3, 26 unusquisque nostrum, qui per se ipsum filius est (unde et multos filios iuxta beatum
dicimus Paulum), sed solus id habens, præcipuam coniunctionem ad deum uerbum,
adoptionis etiam dominationisque effectus particeps, adimit quidem opinionem duorum
filiorum et dominorum, facit autem nos coniunctione ea quæ ad deum uerbum est,
omnem habere de eo fidem et opinionem, pro qua et uenerationem, utpote dei relatio,
7 ab omni consequitur creatura. unum igitur filium dicimus et dominum Iesum
Christum, per quem omnia facta sunt, primitus quidem deum uerbum intelle-
gentes, qui est per substantiam filius dei et dominus, deinde inducentes etiam
Act. 10, 38 adsumptum filium de Nazareth, quem unxit deus spiritu et uirtute, quasi
8 coniunctione ad deum uerbum filietatis dominationisque participem, qui etiam secundus
1 Cor. 15, 45 Adam iuxta beatum Paulum uocatur quasi eiusdem quidem naturæ qua Adam, demon-
strans autem nobis statum futurum, et qui tantam ab illo habet differentiam quanta
esse debet inter eum qui futuri status arcana bona subministrauit, et inter illum qui
1 Cor. 15, 47 præsentium malorum dedit initium. simili modo etiam secundus homo uocatur
quasi qui secundum statum nobis monstrarit, quoniam prioris status princeps fuit
Adam illius mortalis et passibilis et omnium dolorum plenissimi, in quo etiam simili-
tudinem ipsius accepimus; secundum uero monstrauit nobis dominus Christus, qui
1 Cor. 15, 47- de cælis in futurum apparens omnes nos in communionem suam perducet. primus
49 enim homo, inquit, de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis,
id est inde uenturus, ut nos omnes ad similitudinem sui perduceret. unde infert:
qualis terrenus, tales etiam terreni, et qualis cælestis, tales etiam
cælestes. et sicut portauimus imaginem terreni, portemus etiam
imaginem cælestis. in eo apparens et in eo omnibus conspicienda qui iudicandi
Act. 17, 30.31 sunt, occulta et inuisibilis faciet iudicium diuina natura. tempora enim igno-
rantiæ despiciens deus nunc adnuntiat hominibus ut omnes pæniten-
tiam agant, eo quod statuit diem in qua iudicaturus est orbem, in
uirum quem statuit, fidem præbens omnibus suscitans eum a mortuis.

Hæc est ecclesiasticorum dogmatum adsertio et quisquis contra hæc credit, anathema sit. quisquis non accipit salutarem pænitentiam, anathema sit. quisquis sanctum diem paschæ non facit iuxta morem catholicæ ecclesiæ, anathema sit.

U, *S* [= *wr*]

4 relatio ... sensus = ἀναφορά ... ἔννοια *pro* ἀναφορᾶι ... ἐννοίαι   6 quoniam *S* neque *U*   10 is *om.* *S*   14 id *Uw* is *r* [= *P*]   praecipuam coniunctionem *US* [= *T*]   16 coniunctionem *S* quæ *scripsi* qua *US* *cf.* 14   21 filium *US* [= *P*, $\overline{\upsilon\nu}$ *pro* $\overline{\iota\nu}$]   21 quasi *P* quæ sunt *US*   23 quasi *P* quæ sunt *US*   eius *S*   24 autem *Uw*[corr] is *r*   27 quasi *P* quæ sunt *US*   28 passibilis omnium *U*   32 id est *S* idem *U*

ET SVBSCRIPTIO EORVM QVI DECEPTI SVNT

9 Budius Iunici Philadelphius, Tessariscedecatites agnoui ueram fidem orthodoxiæ et rogaui sanctissimum episcopum Theofanium et accessi ad sanctam et catholicam ecclesiam et anathematizo omnem hæresem et maxime Tessariscedecatitarum, in qua antea errabam, et assentio supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans et eos qui non faciunt sanctum diem paschæ iuxta morem sanctæ et catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ, et iuro per sanctam et omousion trinitatem et per pietatem et uictoriam dominorum nostrorum Fl. Theodosii et Fl. Valentiniani pp augg; et si quid ex his labefactauero, subiacebo legum seueritati. et recitatæ mihi expositioni subscripsi per Esychium Flauium curialem propterea quod litteras nescirem.

10 Similiter subscripserunt et hi:

Esychius Cerdanepi Philadelpheus curialis Tessariscedecatites
Rufinus Philadelpheus Tessariscædecatites
Eugenius dis Philadelpheus Tessariscædecatites
Faustinus laicus dis Philadelpheus Tessariscædecatites
Damalius et Alexander per manum Euprepii diaconis
Flauius Nymphidianus Philadelpheus scolasticus
Polychronius Tatiani Philadelpheus per manum Flauii Esychii Cerdalieli Philadelphiæ
Eustathius Marcelli Philadelpheus aurifex
Eutychius Philadelpheus
Stratonicus Ammonii Philadelpheus
Theodoretus et Alexander et Philadelphius per ipsum Alexandrum
Marinus Euethi per manum Neorii lectoris
Padicius Philadelpheus
Cyriacus Philadelpheus de hæresi Nouatianorum
Euxenius Philadelpheus nauta
Diomedis habitans in uico Caccaba
Iulianus Philadelpheus
Eutychius de uico Aulacis primus Tessariscædecatitarum
Patricius presbyter de uico Paradioxyli per manum Maximi
Zenon de territorio Sagari Poetha Tessariscædecatitarum

11 His igitur recitatis decreuit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre uel conscribere uel componere præter illam quæ constituta est a sanctis patribus qui Nicæam per sanctum spiritum conuenerunt, illos uero qui audent fidem aliam uel componere uel proferre uolentibus conuerti ad agnitionem ueritatis siue ex gentilitate siue ex Iudaismo siue ex alia qualibet hæresi, si episcopi fuerint aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu et clericos a clericatu; sin uero laici sint, anathema esse. simili modo si qui deprehensi fuerint, siue episcopi siue clerici uel laici, uel credentes uel docentes ea quæ scripta sunt in expositione quæ a Charisio presbytero prolata est de incarnatione

---

U, *S* [= *wr*]

4 hæresim w^{corr} *r* 6 scam *S* 10 Flauium] *cf. uol. V p. 100, 1* 13 philadelphius *S* 14 eugenidis philadelpheus *S* 16 manu *U* 18 eusychii *U* cerdalieli *U* [= *P*] cerdali *S* [= *T*] 20 euthatius *S* 25 pedicius *US* 27 eusenius *US* 32 poeta *US* [poetha *et* poeta *P* = Πυθᾶ *Γ*]

unigeniti filii dei, aut certe scelerata et peruersa Nestorii dogmata, quæ etiam supra scripta sunt, eos subiacere sententiæ sanctæ et uniuersalis synodi, ita ut sit perspicuum episcopum quidem alienum fore episcopatu et deponendum, clericum uero a clericatu similiter summouendum; si uero laicus sit, in eum fore anathema, sicut supra dictum est.

1 Cyrillus episcopus Alexandriæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo
2 Arcadius episcopus et legatus sedis apostolicæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo
3 Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus subscripsi pronuntians cum sancta synodo
4 Proiectus episcopus legatus sedis apostolicæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo
5 Filippus presbyter sedis apostolicæ et legatus subscripsi pronuntians cum sancta synodo
6 Flauianus episcopus Filippensium subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo
7 Firmus episcopus Cæsareæ subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo
8 Memnon episcopus Ephesi subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo
9 Acacius misericordia dei episcopus Melitenorum consentiens sanctæ synodo in supra scripta sententia subscripsi
10 Theodotus episcopus Ancyræ consentiens sanctæ synodo subscripsi
11 Palladius gratia Christi episcopus Amasenorum consentiens sanctæ synodo in supra scripta sententia subscripsi
12 Amphilochius episcopus Sidæ subscripsi pronuntians una cum sancta synodo
13 Iconius episcopus Cretæ subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo
14 Danihel episcopus Coloniæ subscripsi simul cum sancta synodo
15 Perigenes episcopus Corinthi subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo
16 Berenianus episcopus Pergæorum metropoleos subscripsi per Timotheum presbyterum
17 Seuerus episcopus Synnadon subscripsi
18 Reginus episcopus Constantiæ Cypri subscripsi
19 Erennianus episcopus Myron subscripsi
20 Valerianus episcopus Iconii subscripsi
21 Pius episcopus pisiniorum metropoleos subscripsi
22 Cyrus minimus episcopus Afrodisiados subscripsi
23 Meonius episcopus ecclesiæ quæ est Sardibus Lydiæ, subscripsi
24 Ellanicus episcopus Rodi subscripsi
25 Dalmatius episcopus Cyzici subscripsi
26 Aristonicus episcopus Laodiciæ subscripsi
27 Paralius episcopus Andrapon subscripsi
28 Olympius episcopus Claudiopoleos subscripsi per episcopum Epifanium et Theosebium
29 Dynatos episcopus Nicopoleos Epiri subscripsi

U, *S* [= *wr*]
1/2 infra scripta *P* subiecta *T* 2 uniuersali *U* [= *T*] 1 L *w*'''ng''' 1—15 *in his subscriptionibus US*, *sicut T*, *et ordinem et uerba exhibent gestorum primæ sessionis* 1 cum — synodo *om. w* 9 agacius *w* achatius *r* 12 sidiæ *U* sydiæ *S* 13 hiconius *US* oratæ *US* 18 cypris *S* 21 pisiniorum *US* [= *T*], *legendum* Pisinuntiorum 26 laudiciæ *S* 28 cladiopoleos *US cf. P* theoseuium *U* theosenium *S*

30 Domninus episcopus ciuitatis Cotyæiu subscripsi
31 Eustathius episcopus ciuitatis Docimi subscripsi
32 Epifanius episcopus ciuitatis Cratiæ subscripsi
33 Gregorius episcopus ciuitatis cæsaruntis subscripsi
34 Helladius episcopus Adramytti subscripsi
35 Anysius episcopus ciuitatis Thebarum Græciæ subscripsi
36 Domninus episcopus ciuitatis Opuntis subscripsi
37 Callicratis episcopus ciuitatis [megarensium] subscripsi
38 Niceas episcopus ciuitatis Megarensium subscripsi
39 Callinicus episcopus Apamiæ subscripsi
40 Petrus minimus episcopus ciuitatis Pruses subscripsi
41 Eutrepius episcopus Vizes subscripsi
42 Dio episcopus ciuitatis Thebarum subscripsi
43 Perrebius episcopus saltuum Thessalonicensium subscripsi
44 Paulus episcopus ciuitatis Anthedonis subscripsi
45 Theodorus episcopus ciuitatis Aninensiorum subscripsi
46 Eusebius episcopus Heracliæ subscripsi
47 Iohannis episcopus Lesbi selenicatorum subscripsi
48 Theonas episcopus ciuitatis Hierbæ subscripsi
49 Senecion episcopus Scodrinæ ciuitatis subscripsi
50 Tribonianus episcopus ecclesiæ quæ est in Primopoli, subscripsi
51 Martyrius episcopus ciuitatis Illistron subscripsi
52 Nesius episcopus Corybrassi subscripsi
53 Acacius episcopus Cotenon subscripsi
54 Ablabius episcopus ciuitatis Amorii subscripsi
55 Heracleon qui et Theofanius, episcopus Trallion subscripsi
56 Filippus episcopus Pergami subscripsi
57 Daphinus episcopus ciuitatis Magnisiæ Meandri subscripsi
58 Eusebius episcopus Magnesiæ ciuitatis Sipyli subscripsi
59 Anderius minimus episcopus Cherronensi subscripsi
60 Paulus minimus episcopus ciuitatis Lampenæ subscripsi
61 Eutropius minimus episcopus ciuitatis Ebazon subscripsi
62 Seuerus minimus episcopus prouinciæ Pisidiæ ciuitatis Sozopoleos subscripsi
63 Siluanus episcopus ciuitatis Cheretapon subscripsi
64 Commodus minimus episcopus ciuitatis [diocletianorum] subscripsi
65 Constantinus episcopus ciuitatis Diocletianorum subscripsi
66 Nestorius episcopus spon subscripsi
67 Afobius minimus episcopus Colues subscripsi
68 Phocus episcopus ciuitatis quæ est in Thyatireno, subscripsi

---

U, *S* [= *wr*]

33 cæsaruntis] *cf. PT*, *est* Κερασοῦντος 34 adramitis *S* 35 Græciæ *om. U* 36 dominus *w* opolentis *US* [*cf. T*] 37 callicrastis *U* megarensium *intrusum ex* 38, *eadem corruptela in P* 38 niceas *US* [= *T*] 39 callenicus *US* 40 eps minimus *w* 41 eutrepius [= *T*] *i. e.* Εὐπρέπιος Vizes [= *T*] *i. e.* Βιζύης 43 perreuius *US* Thessalonicensium [= *T cf. P*], *latet* Θεσσαλικῶν 47 lesui *US* selenicatorum [= *PT*]; *latet* Seleniacorum littorum = Σεληνιακῶν αἰγιαλῶν 48 Hierbæ *cf. PT*, *est* Δέρβης 49 codrinæ *US* = *P* 50 primopolis *US* [= *T*] 51 illistron *US* [= *PT*] 53 acaicus *US cf. P* cothenon *US* 55 est *S* 56 permami *US* [= *T*] 58 sypilis *S* 59 cherronensis *US cf. T* 64 diocletianorum *US* [= *T*], *intrusum ex* 65 66 spon [= *T*] *cf. P*; CΠωN = CIωN 68 tratireno *U cf. P*

69 Paulus episcopus Daldianorum subscripsi
70 Limenius episcopus ciuitatis Settenorum subscripsi
71 Dorotheus episcopus ciuitatis Myrines subscripsi
72 Theodorus episcopus Attaliæ subscripsi
73 Ap[lo]thonetus minimus episcopus Heracleotarum Lamptu poleos subscripsi
74 Filetus minimus episcopus Amyzonis subscripsi
75 Spudasius minimus episcopus Cerami subscripsi
76 Docimasius episcopus ciuitatis Maroniæ subscripsi
77 Enepius episcopus ciuitatis Maximianopoleos subscripsi
78 Euthalius episcopus ciuitatis Colophoniæ subscripsi
79 Lucianus episcopus ciuitatis To[ro]peri subscripsi
80 Rufinus episcopus ciuitatis Gaborum subscripsi
81 Romanus episcopus ciuitatis Rafiæ subscripsi
82 Fidus episcopus præ subscripsi
83 Hesychius episcopus ciuitatis paro subscripsi
84 Timotheus episcopus ciuitatis termei et Eudociados subscripsi
85 Eucharius episcopus ciuitatis Dyrracii subscripsi
86 Euagrius episcopus ciuitatis Solorum Cypri subscripsi
87 Nectarius episcopus ciuitatis Casorum subscripsi
88 Agathocles episcopus ciuitatis Coroniæ subscripsi
89 Ianes episcopus gycamazonis subscripsi
90 Aed⟨es⟩ius episcopus sidorum subscripsi
91 Secundianus episcopus ciuitatis Lamiæ subscripsi
92 Nunechius episcopus ciuitatis Selgæ subscripsi
93 Ma⟨ti⟩dianus episcopus Coracesii subscripsi
94 Cyrillus episcopus Cælorum subscripsi per manum hellespon presbyteri
95 Sapricius episcopus Paphi Cypri subscripsi
96 Themistius minimus episcopus ciuitatis hiassis subscripsi
97 pomacius minimus episcopus ciuitatis Aliundorum subscripsi
98 Eudoxius episcopus ciuitatis Chomatis subscripsi
99 Libanius episcopus ciuitatis Paleas poleos subscripsi
100 Tarianus episcopus ciuitatis Lyrbæ subscripsi
101 Alexander episcopus Arcadiopoleos subscripsi
102 Theodorus episcopus Nysæ subscripsi
103 Rodon episcopus Paleas poleos subscripsi
104 Tychicus minimus episcopus ciuitatis eritcheorum subscripsi
105 Eugenius episcopus ciuitatis Apolloniados subscripsi
106 Aetius episcopus ciuitatis P[r]æoniorum Hellesponti subscripsi
107 Timotheus episcopus ciuitatis Germæ Hellesponti subscripsi

---

U, *S* [= *wr*]

71 myrine *U* 73 aplothonetus *US* [= *T*] lamtu *S* 74 amazonis *S* 77 enephius *S* 78 coloponiæ *US* 79 toroperi *US* [= *T*] 80 caborum *U* 82 præ *US* [= *PT*], *latet* Ἰόππης 83 paro *US* [= *T*], *est* Παρίου 84 termei *US* [= *P*] thermei *T*, *est* Τερμησσοῦ 89 gycamazonis *US* [= *T*], *est* Συκαμαζόνος 90 ædius *S* tedius *U* sidorum *US* [= *T cf. P*], *est* Ἰσίνδων 92 nunnecius *US* [= *T*] 93 madianus *US* 94 hellespon *US* [= *T*], *est* Ἑλλησπόντου 96 hiassis *US* [= *T cf. P*], *est* Ἰασσοῦ 97 pomacius *US* [= *T*], *est* Προμάχιος aliundorum *U* [*cf. P*] aliandorum *S* 101 carchadiopoleos *S* 104 eritcheorum *S* eritcleorum *U* [*cf. PT*], *est* Ἐρυθραίων, *nescio an superscripta lectione* chytrorum 106 præoniorum *US* 107 gemæ *US*

108 Archelaus episcopus Myndi subscripsi
109 Apellas minimus episcopus Cybiræ subscripsi
110 Filadelphus minimus episcopus Gratianopoleos subscripsi
111 Eutherius minimus episcopus Stratoniceorum Lydiæ subscripsi
112 Iohannes minimus episcopus Aureliopoleos subscripsi
113 Maximus minimus episcopus Cymæ subscripsi
114 Theodosius minimus episcopus ciuitatis Mastauron subscripsi
115 Modestus episcopus ciuitatis aneastorum subscripsi
116 Thomas episcopus Valentinianopoleos subscripsi
117 Eusebius episcopus Aspanorum subscripsi
118 Euporius episcopus ciuitatis pepon subscripsi
119 Sadus episcopus Phenus subscripsi
120 Domnus episcopus ciuitatis Orcisti[s] subscripsi
121 Iohannes episcopus Augustopoleos subscripsi
122 Petrus episcopus Parembolarum subscripsi
123 Netiras episcopus Gazæ subscripsi
124 Zeno episcopus cyri Cypri subscripsi
125 Euoptius episcopus Ptolomaidos Pentapoleos subscripsi
126 Macarius episcopus Meteliton subscripsi
127 Eusebius episcopus Pelusii subscripsi
128 Hermogenis episcopus linocorurus subscripsi
129 Marinus episcopus Heliopoleos subscripsi
130 Iohannes episcopus Hephestu subscripsi
131 Heraclius episcopus Tamiatheos subscripsi
132 Theon episcopus Heracleos Sethoitu[s] subscripsi
133 Solon episcopus ciuitatis Corallion subscripsi
134 Alypius episcopus ciuitatis Selo subscripsi
135 Macedonius episcopus Xoeos subscripsi
136 Petrus episcopus Oxyrynchi subscripsi
137 Metrodorus episcopus Leonton subscripsi
138 Paulus episcopus Flauoneos subscripsi
139 Ammonius episcopus Panephisi subscripsi
140 Publius episcopus Oluiorum subscripsi
141 Ieracis episcopus Aphnaiu[s] subscripsi
142 Samuhel episcopus Dystheos subscripsi
143 Sopater episcopus Libyæ Septimiacæ subscripsi
144 Isac episcopus Elearchiæ subscripsi
145 Isac episcopos Taba subscripsi
146 Heraclius episcopus Thyneos subscripsi
147 Theonas episcopus Psinchus subscripsi
148 Cyrus episcopus Achæorum subscripsi

U, *S* [= *wr*]

108 mydi *U* 109 appellas *S* 111 eatherius *S* strationiceorum *S* stationiceorum *U* 115 aneastorum *US* [= *T*], *est* Ανεατῶν 118 pepon *U* [= *PT*] penon *S*, *est* Ὑπαίπων 120 orcistis *US* [*cf. PT*] 124 cyri *US* [= *PT*, *est* Κουρίου] 125 eboptius *US* 128 hermogenus *S* *est* Ῥινοκουρούρων 130 hephetu *U* hephetos *S* 132 sæthoitus *US* [*cf. P*; est Σεθροίτου] 133 corallion *US* [= *T*; *est* Καραλλίων] 134 selo *US*; *est* Σελῆ 138 flauoneos *US cf. P*; *est* Φραγώνεως 140 oluiorum *US* 141 aphnaius *U* aphaius *S* 144 145 isaac w^{corr} *r* 148 archeorum *S*

149 Eulogius episcopus Terenantheos subscripsi
150 Alexander episcopus Cleopatridos subscripsi
151 Siluanus episcopus corinto subscripsi; ego autem Heraclius episcopus pro eo subscripsi, quod ægrotaret
152 Adelphius Onupheos episcopus subscripsi
153 Abraham episcopus ciuitatis Ostracinæ subscripsi
154 Athanasius episcopus Paraliæ subscripsi
155 Adelphius episcopus Saeos subscripsi
156 Lampetius episcopus Casii subscripsi
157 Chrysaorius episcopus Aphroditus subscripsi
158 Ammon episcopus Butu subscripsi
159 Eutychius episcopus Theodosiopoleos subscripsi
160 Venantius episcopus Hierapoleos metropoleos subscripsi per notarium meum Theodotum
161 Zenon episcopus ciuitatis Teuchiron subscripsi
162 Zenobius episcopus ciuitatis Barcæ subscripsi
163 Eusebius episcopus Nilopoleos subscripsi
164 Heraclides episcopus Heracleos ulterioris subscripsi
165 Macarius episcopus antheon subscripsi
166 Sabinus episcopus P[h]anos subscripsi
167 Athanasius episcopus ciuitatis scepiorum subscripsi
168 Filumenus episcopus Cinnes subscripsi
169 Felix episcopus ciuitatis Apolloniensium subscripsi
170 Timotheus episcopus prouinciæ Scythiæ ciuitatis Tomorum subscripsi
171 Zenobius episcopus ciuitatis consi subscripsi
172 Paulinianus episcopus Maiumæ subscripsi
173 Phœbammon episcopus Coptu subscripsi
174 Pauiscus episcopus Apollonos subscripsi
175 Andreas episcopus Hermu⟨po⟩leos subscripsi
176 Fanias minimus episcopus ciuitatis Arpason subscripsi
177 Theosebius episcopus ciuitatis Prienes subscripsi
178 Maximus episcopus asiæ subscripsi
179 Theoctistus episcopus Pho[bi]ciæ subscripsi
180 Hermolaus minimus episcopus Attudeorum subsripsi
181 Theodorus episcopus Gadaron subscripsi manu Aetherii archidiaconi
182 Athanasius episcopus Pari insulæ subscripsi
183 Paulus episcopus Orymnorum subscripsi
184 Timotheus episcopus Briulorum subscripsi
184a Danihel episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi
185 Asclepiades episcopus Trapezopolitarum subscripsi
186 Theodorus episcopus ciuitatis Eschinei subscripsi
187 Bessula diaconus ecclesiæ Carthaginensis subscripsi

U, *S* [= *wr*]

149 terenanteos *S* acæorum *U* [*ex* 148 *translatum sicut in P*] 151 corinto *US*; *est* Κοπρίθεως 159 theosiopoleos *U* 165 antheon *US*; *est* Ἀντέου 166 phanos *U* phano *S* 167 scepiorum *US cf. P*; *est* Σκηψίων 169 appolloniensis *S* 171 consi *US*; *est* Κνωσσοῦ 174 appollonos *w* 175 hermuleos *U* helmuleos *S* 176 arposon *U* 177 theoseuius *US* 178 asiæ *US*, *corruptela antiquissima ex* Ἀσσοῦ *ut uidetur* 179 phobiciæ *U* phouiciæ *S* 184a *cf.* 14 185 asclepiadis *S*

188 Stefanus episcopus gaiu poleos Asiæ subscripsi
189 Caesarius chorepiscopus ciuitatis sartæ subscripsi
190 Theodolus episcopus Heluses subscripsi
191 [Theodolus] episcopus Ariddelon subscripsi
192 Letoius episcopus Libiadis subscripsi
193 Aristocritus episcopus Olympi subscripsi

EXPL̅ EPISCOPORVM NOMINA QVI INTERFVERVNT SYNODO CONTRA NESTORIVM NVMERO CENTVM NONAGINTA SEX

ACTA EXCOMMVNICATIONIS EPISCOPI IOHANNIS ANTIOCHENI ET EPISCOPORVM QVI CVM EO FVERVNT

XX 1 P̅C̅ dominorum nostrorum Fl. Theodosii XIII et Fl. Valentiniani ter perpetuorum augustorum ⟨x⟩VII Kl. Augustas d. 16 m. Iul. a. 431

congregata synodo in metropoli Ephesi ex sanctione a deo custoditorum principum, residentibus in sancta ecclesia quæ uocatur Maria, uiris reuerentissimis et deoamantissimis episcopis Cyrillo Alexandrino, exsequente et locum sanctissimi et beatissimi Romanæ ecclesiæ Cælestini archiepiscopi,

2 Hesychius diaconus dixit: Per omnia sanctissimus archiepiscopus Alexandrinæ ecclesiæ Cyrillus et sanctissimus Ephesi Memnon libellos optulerunt sanctissimæ et uniuersali synodo quæ decreto amabilium deo principum in hac metropoli Epheso congregata est. quos præ manibus habentes, si iusserit uestra sanctitas, relegimus.

3 Iuuenalis episcopus Hierosolimitanus dixit: Relegatur oblatus libellus a sanctissimis episcopis Cyrillo Alexandrino et Memnone Ephesio et inseratur gestis.

Hesychius diaconus legit

4 Sanctæ synodo [quæ] per gratiam dei et decretum a deo amatorum et Christum amantium principum congregatæ in hac Ephesi metropoli Cyrillus episcopus Alexandrinus et Memnon episcopus eiusdem Ephesi. Pium decretum deoamantissimorum principum in hac Ephesi metropoli et nos et uestram sanctitatem conuenire iussit, quatenus recta et apostolica definitio communi sententia confirmetur, examinari autem et nouiter adsumptam hæresim a Nestorio. sed uestrum sanctum concilium recte et regulariter omnia agens conuenit in hac sancta ecclesia huius metropolis, uocauit autem prædictum Nestorium, ut ingrederetur ad concilium et satisfaceret de his quæ in expositionibus blasphemauit et in propriis epistolis impias et erroneas dimisit uoces

20 *Græce exlant in V 87—90 S 54—59 A 37. 38. uersio desumpta est ex Collectione T 39*

U, *S* [= *wr*]
188 gaiu [= *PT*; = ΤΑΙΟΥ = ΤΕω] *US* 189 eps̅ *S* sartæ *S* *om.* *U*; est ᾽Αρκης 190 heluse *S* 192 lætorius *U* [*cf.* *P*] libiady *U* lybiadi *S* 11 xx *w* xxviii *w*corr *om.* *Ur* 12 xvii *T* vii *US* 13 di̇̄ *U* 16 *post* ecclesiæ *habet* alibi hæc quæ subdita sunt *sequitur spatium* infra leguntur [*ex mg. inferiore huc refertur* cælestini archiepiscopi *w*] *w*, *tum secuntur in w* (*post* Cælestini archiepiscopi *in r*) et archadio ep̅o et legato romanorum sedis et proiecto ep̅o et legato romanorum sedis et filippo præsbytero et legato romanorum sedis et iuuenale hierosolimorum et memnone ephesiorum flauiano filippensium optinente etiam locum rufi reuerentissimi ep̅i thessallonicensium et omnium qui præordinati sunt in textu gestorum [= *C*] 19 hac *T* hanc *US* 24 quæ *US* [= *T*], *delendum erat a correctore* 25 congregata est *T* 25/26 alexandrinæ *S* 31 satisfaciat *U* 32 demisit *S*, *corr.* *w*

contra omnium nostrum saluatorem Christum. tertio autem uocatum et nolentem occurrere ob hoc quod eum mala conscientia percellebat, leges ecclesiasticas sequens sancta synodus eum damnationi subiecit, omnibus de eo subtiliter examinatis, cum ei satisfactum fuisset quod hæreticus blasphemus esset. his itaque actis et relatis ad notitiam piissimorum principum, tandem aliquando Ephesum et quando uoluit, ueniens Antiochenus Iohannes, congregatis quibusdam ab eo, sicut didicimus, his qui secundum Nestorium sapiunt, ex quibus quidam olim sunt condemnati, alii autem nec ciuitates habent, sed sunt in nomine tantum episcopi, tamquam indigne ferens quia glorificatus est Christus iustam damnationem perferente eo qui in eum blasphemauerat, nescimus quemammodum, si omnino uerus rumor est, omnem legem calcans ecclesiasticam et iniurians omnem consequentiam, impiam et non legitimam construxit chartam, putans nos damnationis nomine posse feriri, contumeliis intolerabilibus affecit, dum hæc quæ Nestorium damnauerat synodus plus ducentis numero episcopis habuerit, illo autem congregante hæreticos alios et incusatos triginta fere numero, et neque ex constitutis ecclesiasticis neque ex sanctionibus imperialibus habens potestatem aut iudicare cuidam nostrum aut omnino aliquid tale temptare, maxime contra maiorem sedem, dum utique, et si eum liceret iudicare, conuenerat regulas sequi ecclesiasticas et admonere nos, qui contumeliis affecti sumus, et cum hac uniuersa sancta nostra synodo uocare ad satisfactionem. modo autem horum nihil excogitans neque timorem dei in animo habens, eadem hora qua Ephesum ingressus est, occulte et nullo nostrum omnino sciente quæ præsumebantur, suum delusit caput, ne dicamus ecclesiasticas leges, et sententia condemnationis iniuriat nos, qui nescimus usque ad hodiernum diem uel qualem habuit ad hanc rem occasionem. quoniam igitur consequens est non sic calcari ecclesiasticas leges neque sic sine causa maiores appeti aut talia occulte præsumi quæ non fierent contra aliquem unum ultimum ecclesiæ gradum tenentem et sub potestate eius constitutum, hic autem est ipse cum illis qui hoc cum eo egerunt, necessario offerimus uestræ reuerentiæ istos libellos, adiurantes uos per sanctam et consubstantialem trinitatem euocare et ipsum Iohannem et qui cum eo facinus operati sunt, ut uenientes ad sanctam synodum satisfaciant de sua præsumptione. parati enim sumus docere eum iniustum et non legitimum contra nos iniuriæ facinus ammisisse.

5 Acacius episcopus Militinensis dixit: Superflua est quidem huius postulationis suspicio, siue et ipsa uera sit, et superabundans petitio sanctorum et deo amabilium episcoporum Cyrilli Alexandrini et Memnonis Ephesii. neque enim possibile erat qui se ipsos a sancta synodo subtraxerunt et adiecerunt se eis qui malæ sectæ Nestorii coniuncti sunt et sub crimine tanto et tali facti sunt, præsumere aliquid contra primores uniuersalis huius sanctæ synodi [aliquid] agere, nullam omnino habentes auctoritatem. quoniam autem placuit uestræ sanctitati et pro his eos ad iudicium trahi, ammonitus per reuerentissimos episcopos Archelaum, Paulum et Petrum princeps huius discessionis Antiochenus episcopus Iohannes de quibus incusatur, satisfaciat qua ratione talia præsumpsit.

6 Et cum issent Archelaus episcopus Myndi Cariæ prouinciæ et Paulus episcopus Lampæ Cretæ prouinciæ, Petrus episcopus Parembolon Palæstinæ, et dum reuersi

U, *S* [= *wr*]

9 blasphemauerunt *S*, *corr.* *w* 11 portans *S* 12 ferri *S* 14 incusatus *S*, *corr.* *w* 18 sancta *om.* *w* 24 talia *S* alia *U* 30 amisisse *w* 31 sit *S* 36 aliquid *US* = *T*, *delendum erat post* 35 aliquid *ex Græco insertum* 39 iohannis *Uw*, *corr.* *w* 41 mundi *S*

fuissent, Firmus episcopus dixit: Doceant reuerentissimi episcopi qui mandatum ministrare ad reuerentissimum episcopum Iohannem deputati sunt, quod ab eo responsum acceperunt.

7 Paulus episcopus Lampæ dixit: Missi a uestra sancta synodo ad reuerentissimum episcopum Iohannem Antiochenum, proximi facti domo eius uidimus multitudinem militum et alios quosdam arma et gladios portantes, qui non concedebant nobis ianuæ propinquare. uix autem uicini sumus facti et cum multa a nobis dicta essent quia pacifici sumus; numquid multitudo sumus? tres directi sumus, suscipite nos; sancta synodus misit nos ferentes uerba pacifica causa canonicæ rei ad reuerentissimum episcopum Iohannem, multis autem nos circumstantibus, agnoscens causam pro qua directi sumus, non nos suscepit, multa autem a pluribus dicta sunt, inter quæ et blasphemiæ erant contra sanctam synodum et contra orthodoxam fidem, quæ subtiliter exsequi propter turbam ibi factam non possumus.

8 Archelaus episcopus Myndi dixit: Grandem tumultum et periculum prope pertulimus, cum aduenissemus ad domum reuerentissimi episcopi Iohannis, militibus gladios denudantibus et fustes tenentibus et minantibus nobis et multitudine alia circumstante. et cum multos rogaremus, ut nuntiaremur, nescimus pro qua causa, non sumus suscepti.

9 Petrus episcopus Parembolon dixit: Cum aduenissem et ego cum reuerentissimis episcopis ad domum reuentissimi episcopi Iohannis, multis militibus arma portantibus et nudantibus et circumdantibus nos et aliis pluribus qui cum eis erant, ibi tumultum facientibus et minantibus nobis et blasphema uerba dicentibus contra orthodoxam fidem et contra sanctam et deo amabilem synodum uestram, rogantes nuntiari et a sancta synodo dicta nobis uerba reuerentissimo Iohanni episcopo dicere, non sumus suscepti, agnoscente, sicut arbitramur, reuerentissimo episcopo Iohanne causam pro qua missi fuissemus. aderant enim quidam de clericis eius, quibus diximus quia a sancta synodo missi fuissemus, nullus autem nos suscipi permisit.

10 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Peruidet uestra sancta synodus quia ego quidem et reuerentissimus coepiscopus Memnon hic sumus puram habentes conscientiam et opinionem nostram parati defendere, sed ut uidetur, una meditatio tam hæretico Nestorio quam defendenti eius iniqua dogmata Iohanni Antiocheno contra sanctæ ecclesiæ leges superbire, qui dum uocati essent ut satisfacerent pro delictis suis, armis suas circumdederunt domos et inadibiles eas ostenderunt regulariter uocantibus ad satisfactionem eorum quibus obnoxii sunt. quoniam autem prædictus reuerentissimus Iohannes metuens suum delictum uarias occasiones dilationis sibi adinuenit, sicut est uidere ex his quæ docuerunt reuerentissimi episcopi, certum est, sicut dixi, inadibilem transmissis a sancta synodo domum suam præparans, apparet se ipsum condemnans et accusans pro eo quod suspicatur et metuit peruenire ad hoc sanctum et magnum concilium. dignetur igitur uestra sanctitas insubreptibiles habens aures et naturam rei considerans ea quæ contra nos ab illis inuste præsumpta sunt, legitimis decernere sententiis et definire quæ uidentur contra eum qui talem nobis inuriam inferre præsumpsit.

11 Iuuenalis episcopus Hierosolimitanus dixit: Oportebat quidem Iohannem reuerentissimum episcopum Antiochiæ cogitantem sanctam et magnam et uniuersalem hanc synodum confestim ad satisfactionem inlatorum ei concurrere et sedi apostolicæ quæ nobis considet, magnæ Romæ et apostolicæ Hierosolymitanæ sanctæ ecclesiæ oboedire

---

U, *S* [= *wr*]

11 a *om. U* 14 Myndi *om. S* 17 et *om. S* 25 quia a *Ur* quia *w* quod a w^2 27 sancta uestra *S* [= *T*] 31 delectis *U* 35 certum est *US* magis autem [= μᾶλλον δέ] *T*; *correctura infelici et imperfecta euenit ut orationis constructio corrueret*

et honorem deferre, apud quam maxime consuetudo est eandem sedem Antiochenam ex apostolica consequentia et traditione adduci et apud eam iudicari; quoniam autem consueta superbia usus suam domum armis circumdedit per milites et per priuatos, sicut deponentes reuerentissimi episcopi qui a sancta synodo directi, nobis insinuauerunt, canones nos sequentes et rectitudinem conseruantes iterum in secundis eum ammoneri definimus. euntes igitur alii reuerentissimi episcopi cum eadem priore modestia ammoneant eum aduenire ad sanctam synodum et respondere inlatis ei.

12 Et cum issent Timotheus episcopus Permesi et Eudociados et Eustathius episcopus Docimii et Eudoxius episcopus Chomatis et reuersi essent, Eudoxius episcopus Chomatis prouinciæ Lyciæ dixit: Secundum iussionem uestræ reuerentiæ cum aduenissemus ad domum reuerentissimi episcopi Iohannis Antiochiæ, inuenimus milites circa domum eius et cum gladiis nudis et clericos aliquos. rogauimus autem clericos, dicentes: »missi sumus a sancta synodo nuntiare quædam uerba reuerentissimo episcopo Iohanni et dignamini nuntiare nos.« illi autem intrantes et ista nuntiantes cum reuersi fuissent, dederunt nobis responsum, dicentes quia dixit episcopus Iohannes: nos hominibus a nobis depositis et excommunicatis responsum nullum facimus. cum autem interrogassemus a quibus depositi essemus et excommunicati facti sumus, dixerunt nobis: »ab episcopo Antiocheno Iohanne.« cum autem permaneremus subtiliter agnoscere, dixerunt illi quia præsentibus tabulariis dicere hæc non recusamus.

13 Timotheus episcopus Permesi et Eudociadis dixit: Sicut iussit religiositas uestra, adfuimus ad domum religiosissimi episcopi Iohannis et cum inuenissemus ante ianuas clericos stantes, nuntiauimus deprecantes suscipi et coram eo dicere quæ nobis fuerant demandata. intrantes autem illi hoc nobis responsum dederunt quia nos excommunicatis et depositis responsum nullum damus; ne laborent uocantes nos adsidue.

14 Eustathius episcopus Docimii dixit: Secundum iussionem uestræ sanctitatis cum aduenissemus in domum in qua manet reuerentissimus episcopus Iohannes Antiochenus, et ibidem inuentis clericis persuasimus nuntiari quia oporteret nos conloqui uenerabili episcopo Iohanni et dicere quæ ab hac sancta synodo per nos mandata sunt ei. hi autem cum intrassent et reuersi fuissent ad nos, dixerunt quia nos deposuimus et excommunicatos fecimus, et ne laborent uocantes nos. temptauimus autem agnoscere nomina eorum qui ingressi sunt nuntiare, et dicere noluerunt, dicentes: »clerici sumus et non tabularii.«

15 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Dominus noster Iesus Christus, qui et nunc sanctæ synodo præsto est, rerum naturas manifestas nobis constituit, dicens quia
Ioh. 3, 20 omnis qui praua agit, odit lucem et non uenit ad lumen, ne arguantur
opera eius. hæc passum et nunc reuerentissimum Iohannem Antiochenum uestra omnino sanctitas et sobrietas uidet. si enim sibi conscius esset aliquid egisse contra nos canonice et deo placitum, quomodo non eum oportuerat uenire alacriter ad hanc sanctam et uniuersalem synodum, ut et per sententiam uestram adsignatum eius conamen maxime aduersum nos firmaretur, si quæ acta sunt, secundum ecclesiasticas leges acta essent. quoniam autem timet sinceritatem huius sanctæ et magnæ synodi et scit impie et contra leges se nos iniuriis affecisse, recusat uenire, ne aptam sibi [temerariam] patiatur pœnam et indignationem. celat enim quæ commisit, et erubescit uobis iudicantibus suam iniustitiam publicare. unde petimus manifestare sanctam

---

U, *S* [= *wr*]

2 iudicare *S* 8. 20 permesi *US* = *T*, est Περμεσοῦ *pro* Τερμεσσοῦ 9 docimi *US* 10 luciæ *S* 13 ad *w* 22 eo *U*[corr] eos *Uw* eis *r* 25 docimi *S* 28 epi *Uw* 42 43 sibi temerariam *US* sua temeritate *T* αὐτῶι *Γ*; *apparet correcturam cœptam, sed non bene perpetratam esse*

hanc synodum ex hoc iam nullam firmitatem ab illo præsumpta contra nos habere, uocatum autem denuo pro his quæ iniuste commisit, legitimam et iustam sententiam uestram et canonum subire.

16 Memnon episcopus dixit: Inordinata sententia episcopi Iohannis Antiocheni et eorum qui simul cum eo, facile numerabiles quidam, fuerunt, in quibus nouiter et contra leges ecclesiasticas excessit, uestræ sanctitati manifestatum est. unde et nos quæ ab illo præsumpta sunt contra nos, per libellos docuimus uestram sanctitatem, et libenter moti uocastis per sanctissimos episcopos adesse [his quæ] ab eo contra leges ecclesiasticas, magis autem contra consequentiam ecclesiasticam commissis et satisfacere in quibus contra canones temere egit. sed fragili conscientia usus, conuocatus noluit obœdire. pro hac causa sanctam et uniuersalem uestram rogauimus synodum illa quidem quæ ab illo iniuste acta sunt et qui cum eo, facile numerabiles, sunt, e quibus quidam hæretici existentes, quidam autem nec ciuitates habentes, et alii multis causis obnoxii, inrita per se ipsa et infirma existentia, quia ad iniuriam ordinis canonum præsumpta sunt, dissoluere et per sententiam sanctæ et uniuersalis synodi et nostram probantes perseuerantiam circa orthodoxam fidem, quam a sanctis patribus suscepimus, definire contra illos quæ uidentur.

17 Sancta synodus dixit: Nullam firmitatem nec consequentiam habuerunt quæ acta sunt, quoniam omnia inordinate Iohanne moto ex gestis manifestatur. utique enim confideret conuocatus a sancta synodo adesse de his quæ ab ipso innouata sunt, si quam rationabilem consequentiam habuissent gesta. unde nec hæc quidem a principio ualida neque regulari facta ratione sancta synodus infirma esse constituit, dum nulli eorum qui iniuriam pertulit, præiudicium inferre possit. consequentia autem et quod ad se pertinet, faciat sancta synodus; quæ hodierno die acta sunt, referat ad notitiam piissimorum et Christo amabilium principum, ut nullatenus ignorent quæ temere ad iniuriam sanctæ synodi præsumpta sunt, reuerentissimus autem episcopus Iohannes et tertia euocatione conuocatus si non occurrerit, statim ex regulis apud eum sancta et uniuersalis synodus decernet.

18 Post consulatum dominorum nostrorum Flauii Theodosii XIII et Valentiniani ter perpetuorum augustorum ⟨X⟩VI Kl. Augustas d. 17. m. Iul. a. 431

eodem die eadem sancta synodo uenerabilium episcoporum residente in ipsa ecclesia quæ uocatur Maria

19 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Die superiore uestra sanctitate hic consedente, præsentibus autem legatis qui a magna Roma transmissi sunt, siue uicem agentibus sanctissimi et reuerentissimi episcopi Cælestini, libellos optulimus tam ego quam reuerentissimus episcopus Memnon huius Ephesi metropolitanæ urbis petentes ad hanc sanctam et uniuersalem synodum uocari Iohannem Antiochenum et qui cum eo contra nos iniuriam composuerunt et qui quasi depositionis nomine uti præsumpserunt, ut præsentes satisfacerent et suo non claudibili ori aut iniustis conatibus adessent.

U, *S* [= ***wr***]

5 quidam *in* quidem *corr. w*[2] 6 sanctitatem [sanctitati *r*] animæ statum *S* sanctitati manifestata *w*[2] 8 uocatis *S* his quæ *US* = *T*, ***delenda erant a correctore*** 9 commissis *U*[corr] *S* commisis *Uw*[corr] commissa sunt *T* 11 uestræ *S*, *corr. w* 12 numerabile *w* 18 habuerunt *US* habere *T* 19 quoniam omnia *US* in omnibus *T* ex gestis *U* exceptis *S* 29 *inscr.* ACTIO QVARTA *w* Actio quarta incipit feliciter *r* 30 XVI *T* VI *US* 31 synodus *U*, *corr. U* synodo LXVI *w* 39 aut *om. w*, *corr. w*[2] iniustis *U* in istis *S*

omnia autem consequenter et regulariter agens uestra reuerentia prima et secunda uocatione uocauit eos, uenerabiles dirigens episcopos secundum fidem quæ in his gestis continetur. hi autem quæ ab ipsis præsumpta sunt, dum aptare uerba non possent, nec quidem satisfactionis modum inuenientes (utique enim festinarent ad hanc sanctam et magnam synodum quæ egerant, defensuri), negotium egerunt turpe et tumultuosum et uulgo dignum; oportuerat enim, si uoluissent huic magnæ synodo aliquid manifestare, peruenire magis cum disciplina et cum digna Christianis honestate et dicere quæ conuenit, et audire, dum utique nullus eos a talibus prohiberet (neque enim steterunt milites ante sanctam synodum sicut ante domum in quibus sunt). chartulam componentes insolentia simul et ignorantia plenam et publice proposuerunt, uniuersam in tumultum, magis autem ad reprehensionem inconsiderationis suæ excitantes ciuitatem. si igitur hæc acta sunt, ut contristaremur uidentes dehonestatam opinionem fratrum et derisam ab omnibus, sufficienter nimis contristamur; hoc enim agentes derisi sunt. si uero sicut in proposita ab his charta continetur, tamquam principes nos sectæ Apollinaris factos aut quæ ille sapuit, nos sapuisse ubicumque conuincere possunt, et nunc aut quandoque redarguant et ostendant nos hæreticos, si possunt, et non uerbis perperam uanis iniurient, considerantes diuinam indignationem. dixit enim alicubi
Prou. 21, 28 deus omnium iudex: testis mendax non erit inpunitus, et per uocem beati Dauid:
Ps. 49, 20 sedens contra fratrem tuum obloquebaris. nos enim neque Apollinarii sapuimus alicubi neque Arrii neque Eunomii, sed a parua ætate sacras litteras didicimus et in manibus patrum educati sumus orthodoxorum et sanctorum, anathematizamus autem et Apollinarem Arrium Eunomium Macedonium Sabellium Fotinum Paulum et Manichæos et aliam omnem hæresim, insuper autem nouarum blasphemiarum inuentorem Nestorium et qui his communicant et similiter sapiunt, et qui idem sapiunt Cælestio siue Pelagio, nobis numquam quæ illorum sunt, alicubi sapientibus. nec modo per pænitentiam uolentes recta sapere peruenimus, sed sicut prædixi, enutriti rectis et apostolicis ecclesiæ dogmatibus. quoniam autem decet eos qui semel ad sacerdotium destinati sunt, ueraces apparere et illa dicere quæ sciunt ita se habere, et nunc rogamus sanctam hanc et magnam synodum euocare regulariter tam ipsum religiosissimum Iohannem Antiochenum quam qui cum eo apud nos calumniam construxerunt. consequens enim est et necessarium præsentes aut hæreticos nos demonstrare et Apollinaris, sicut dicunt, sapientes aut uenire recusantes et conuincere neglegentes inde culpari, maxime quia (iterum in proposita ab ipsis charta scriptum) frigidas et friuolas calumnias ad aures piissimorum principum pertulerunt. decet autem uestram sanctitatem plurimas curas habere nullis falsitatibus aures piissimas uentilari; sciant quod
Prou. 24, 22 dictum est a sancta scriptura: nullum mendacium ex lingua imperatori dici et ut nullum mendacium ex ore eius procedat.

20 Sancta synodus dixit: Recta est et nunc petitio reuerentissimorum et sanctissimorum episcoporum Cyrilli Alexandriæ et Memnonis Ephesii. unde hodierno die abeuntes reuerentissimi episcopi Danihel et Commodus et Timotheus cum anagnostico ammoneant reuerentissimum Iohannem Antiochenum episcopum ut ueniens simul cum his qui incusati sunt cum eo, satisfaciant pro his quæ incusantur.

U, *S* [= *wr*]
3 continetur Uw^{corr} *r* continentur U^{corr} *w* hi *in* his *corr. w* 4 festinarent *T* festinare *US* 5 *post* synodum *add.* debuerant w^2 egerant *S* erant *U* gerunt *S* 9 domos *T* 13 derisi *US* crebro derisi *T* 19 apollinarii *in* apollinaris *corr. w* 24 quidem *US*, *corr. U* 33 sicut iterum — scriptum est *T* 42 incausati *S* incausantur *S*, *corr. w*

21 Euntibus reuerentissimis episcopis Danihele Coloniæ, Commodo Tripolis Lydiæ et Timotheo Germi Hellesponti cum Musonio notario, anagnostico sic habente:

Quoniam pacifice ea quæ canonum sunt, facere uult sancta synodus, secunda uocatione uocauit reuerentiam tuam et non obœdisti, ut aut adstrueres ea per quæ iniuriam intulisti, aut corrigeres, huius rei gratia tantisper sancta synodus nihil episcopale agere te concedit ex propria sententia neque alicui qui tecum est. si autem hanc tertiam uocationem audiens non adfueris, quæ uidentur canonibus, circa uos definientur

22 et cum redissent, Danihel episcopus dixit: Profecti sumus quo præcepit uestra reuerentia, id est ad domum reuerentissimi episcopi Iohannis, et longius quidem de iumentis descendimus, cum multis autem precibus mandauimus clericis quia peruenimus directi a sancta synodo. inuenimus autem ibi stantem Asfalium presbyterum, qui quidem est Antiochenæ ecclesiæ, defendit autem Constantinopoli res eiusdem ecclesiæ. hic nos prope domum adduxit, in qua commanet reuerentissimus episcopus Iohannes, et nobiscum repellens impetentes. militibus autem gratias agimus; quoniam enim agnouerunt per omnia reuerentissimum episcopum Commodum, quod in urbe eius constituti fuissent, compresserunt omnes qui contra nos impetum faciebant clericos. nuntiante autem Asfalio et aliis clericis descendit ad nos archidiaconus (nomen quidem eius nescimus, est autem inberbis homo, pallidus, parui corporis) et offerens chartam nobis dicebat quia sancta synodus uobis transmisit, ut hoc suscipiatis. diximus autem: »nos mandati sumus dicere quæ a sancta synodo dicta sunt, non autem suscipere scripturam. neque enim nos chartam attulimus neque suscipimus chartam, mandatum autem pacificum attulimus. rogat enim sancta synodus consedere sanctum Iohannem et occurrere ad sanctam synodum«. respondit nobis archidiaconus: »ergo expectate ut nuntiem ista episcopo«. reuersus est et optulit nobis iterum ipsam chartam, dicens hoc: »neque uos mittatis ad nos neque nos ad uos mittimus. præceptum enim expectamus a principe, quia simul ibi quæ nobis uisa sunt, rettulimus«. nobis autem dicentibus: »audite igitur uerba sanctæ synodi«, exiliit dicens: »non suscepistis chartam, non audio uerba synodi.« his ita habitis, deducente autem nos Asfalio et Alexandro presbyteris diximus hæc quia sancta synodus uiscera pacis et caritatis et bonitatis ostendit circa sanctum Iohannem, maxime autem quia bis uocatus uenire noluerit, iudicauit eum nihil sacerdotale agere; tertia autem uocatione rogat eum conuenire, ne cogatur canonicum contra eum aliquid proferre.

23 Commodus episcopus Tripolis Lydiæ prouinciæ dixit: Consona prædictis a reuerentissimo episcopo Danihele et nos et uidimus et deponimus.

24 Timotheus episcopus Germon Hellisponti dixit: Consona prædictis a reuerentissimo et sanctissimo episcopo Danihele uidimus et deponimus.

26/27 ex alia uersione adfert Liberatus 6 p. 26

U, *S* [= *wr*]

1 colone *US* [= *p*], *corr. w* ludiæ *S* 2 *malim* Germis = Γέρμης musonio *T* = *Γ* musinio *US* cum anagnostico *T* 3 pacifice aquæ *S* pacifice quæ *w*² 4 adstrueris *US*, *corr. w* 5 corrigeres *w*² corrigens *US* 19 inberbis *Uw*² inbarbi *w* imbarbis *r* 23 enim *U* autem *S* = *T* 26 mittitis *w*² mittatis *US*, *corr. w*² 27 simul *US* semel *T* 31 bis *secundum Γ Baluze*] ab his *US* 33 cononicum *U* 36 germen *US*

25 Sancta synodus dixit: Recte et nunc ammonitio facta est a reuerentissimis episcopis Danihele et Commodo et Timotheo et causam adserentibus pro qua directi fuissent, et ad sacerdotalem notitiam referentes, ut nullatenus ignoraret reuerentissimus episcopus Iohannes ex his quæ ei mandata sunt, et ut nullo uti possit consilio excusationis ad ignorantiam pertinentis.

26 Cyrillus episcopus dixit: Quia præsto sum et nunc expetens rationem cum reuerentissimo episcopo Memnone de his quæ in nobis commisit contra sanctiones ecclesiasticas et contra omnem rationem reuerentissimus Antiochenus Iohannes, sancta uestra synodus peruidet, et dubium non est quia si nos timeremus ab his conuinci, non hac fiducia fuissemus usi, ut rogaremus tertia hac uocatione inuitari prædictum uenire et uti quibus uellet contra nos uerbis. quoniam autem differendo confingit uarias
Iob 11, 12 atque alias ex aliis occasiones adinueniens (qui enim deprehenditur, uerbis natat, sicut scriptura ait), consequens est sanctam hanc et uniuersalem synodum ea quæ ecclesiasticis legibus uidentur, pronuntiare.

27 Sancta synodus dixit: Oportet regulariter motam hanc synodum propter iniurias quæ contra sanctissimum et deo amabilem archiepiscopum Cyrillum et reuerentissimum et coepiscopum Memnonem factæ sunt a reuerentissimo Antiocheno Iohanne et ab his qui cum eo sunt, post tertiam hanc uocationem a nobis factam, cui optemperare nullatenus passus est nec occurrere ad concilium sanctæ synodi et manifestas causas adserere pro quibus contra constituta et canones ecclesiæ ad hanc inruerit nouitatem, dignam hac insolentia contra eum et eos qui cum ipso sunt, proferre sententiam. quoniam autem episcopalis bonitatis operam esse putauimus patienter portare ea quæ facta sunt, interim quidem in præsenti, sicut iam dispositum est, alienus sit tam ipse Iohannes quam hi qui cum ipso facinus operati sunt

2 Iohannes Damasci
3 Alexander Apamiæ
4 Dexianus Seleuciæ
5 Alexander Hieropolitanus
6 Himerius Nicomediæ
7 Fritilas Heracliæ
8 Helladius Tarsi
9 Maximus Anazarbi
10 Dorotheus Marcianopolis
11 Petrus Traianopolis
12 Paulus Emisæ
13 Polychronius Heracliensis ciuitatis
14 Eutherius Tyanon
15 Meletius Neocæsariæ
16 Theodoretus Cyrri
17 Apringius Chalcidos
18 Macarius Laodiceæ

U, *S* [= *wr*]

2 adserentibus *U* [= *T*] deferentibus *w* disserentibus *r* 3 referentes *US* [= *p*] 11 confingit *T* confugit *US* 12 natat *T* nutat *US* 21 dignam *S* dignum est *U* 22 autem *U* hæc *w* [*nota Tironiana falso intellecta*] *om. r* 24 iohannis *Uw*, *corr. w* 5 geropolitanus *U* gerospolitanus *S* 7 critilas *US* 9 ana anazarbi *S* 10 marcianopulis *w* 11 trianopolis *US* 12 ephisæ *US* 14 teanon *US* 16 cipri *U* 18 laodicæ *S* leodicæ *U*

19 Zosus Esbuntis
20 Sallustius Coryci Ciliciæ
21 Esychius Castabalæ Ciliciæ
22 Valentinus Mutloplaces
23 Eustathius Parnassi
24 Filippus Theodosianon
25-29 Danihel Iulianus Cyrillus Olympius Diogenes
30 Theofanes Filadelphiæ
30[a] [Pollios]
31 Tarianus Augustæ
32 Aurelius heropolis
33 Museus Aradi
34 Helladius Ptolomaidis

ab ecclesiastica communione, nullam habentes licentiam ut ex auctoritate sacerdotali possint alicui nocere aut prodesse, donec se ipsos reprehendentes suum confiteantur delictum, scientes quod si celeriter hoc non egerint, perfectam a canonibus contra se sententiam prouocabunt, manifesto et illo constituto quoniam nec illa quæ iam prius ab ipsis iniuste et contra canones in iniuriam reuerentissimorum et sanctissimorum episcoporum et præsidum ecclesiæ Cyrilli et Memnonis facta sunt, firmitatem aliquam habebunt secundum illa quæ iam prius et præterita die disposita sunt. referantur autem omnia quæ gesta sunt, piissimis et Christianissimis auribus a deo custoditorum principum, ut diuinæ aures agnoscant quæ consecuta sunt.

Et subscripsit omnis synodus per episcopos centum nonaginta octo.

RELATIO SANCTAE SYNODI EPHESENAE AD THEODOSIVM IMPERATOREM DE EXCOMMVNICATIONE IOHANNIS ET QVI CVM EO FVERVNT

XXI 1 Piissimis et a deo custoditis Theodosio et Valentiniano uictoribus et triumphatoribus semper augustis sancta synodus quæ per gratiam Christi et nutum uestræ potentiæ congregata est in Ephesena metropoli. Quæ quidem imperata sunt sanctæ huic synodo a uestra serenitate, ad finem conuenientem perducta sunt et hoc notum uestræ pietati statuimus et apostolicam fidem, quam trecenti decem et octo in Nicæa congregati exposuerunt, manifestam constituimus uestræ pietati et contra eam sapientem Nestorium deposuimus tam a sacrificio sacerdotali quam a confidentia prædicandi suam
2 impietatem. quoniam autem pauci quidam ante corruptam habentes sententiam de doctrina Nestorii, dum ei permanerent et sub culpa positos secum adsumpserunt, adiecto ei reuerentissimo episcopo Iohanne Antiochiæ aut propter contentionem aut propter humanam amicitiam, et uniuersi triginta facti tantum, priusquam satisfacerent pro quibus singuli incusabantur excessibus, se ipsos synodum appellauerunt, quasi uestra pietas duas synodos fieri iussisset, non unam, quæ deberet et fidem euangelicam confirmare et corrupta sapientes ab ecclesiastico ministerio eicere; sed, ut diximus, supra

XXI *Græce extat in V 92 S 60 A 39; uersio desumpta ex collectione T 39*

U, S [= *wr*]
19 exbuntis *US* 20 sallustinus *US* cyrici *S* cyrci *U* cilicæ *S* 21 castabole *US* ciliæ *U* 22 multroplaces *US* 29 diogones *U* 30a pollios *US* = *T*, *est corruptela Græca ex* Ἰωνοπόλεως *sedis Diogenis* 32 heropolis *US* hirenopolis *T* 28 epheso *S* 38 duos *in* duas *corr. Uw*

dicti, priusquam satisfacerent de quibus incusabantur, pauci se ipsos continentes et adiutorem suæ insolentiæ adsumentes reuerentissimum episcopum Iohannem et ipsum metuentem pro tarditate reatum, sicut didicimus per quorundam rumorem, ausi sunt extra omnem rectitudinem ecclesiasticam et extra canones contra sanctam synodum et contra caput congregatorum sanctissimorum episcoporum, Cyrillum dicimus archiepiscopum nec non etiam reuerentissimum episcopum Memnonem, proferre blasphemiam, sicut ipsis uisum est, iniuriam depositionis continentem, dum nullam accusationem ab aliquo suscepissent, nec accusatorem expectantes nec quidem uocantes aliquem ad iudicium, sed ante iudicium et inquisitionem hanc iniuriam scriptis euomentes ad uestram tranquillitatem perferre ausi sunt sic inrationabilia, tamquam uestra pietas ignoret quia una synodus uniuersitatis est et non ulterius dici possit synodus eorum qui sub culpa reciderunt paucorum subuersione qui se ipsos propter timorem increpationis diuiserunt a sancta synodo; neque enim culpam reprehendentes iniuriam præsumpserunt, sed de quibus incusati erant, forsitan satisfactionem non habentes et se ipsos paucos uidentes et formidantes ne post redargutionem sententiam susciperent, processerunt in temeritatem et hoc putauerunt facere quod sperauerunt sustinere se conuictos; sed hoc uisum est nobis tamquam inrationabile contemnere, quoniam autem usque ad uestram tranquillitatem perferre ausi sunt inrationabilem suam insolentiam et quod contra leges et canones et omnem consequentiam ecclesiasticam ab ipsis actum est, mandare uestræ pietati præsumpserint, non amplius dissimulauimus inrationabilem illorum impetum, sed iterum sequentes formam canonum conuocauimus reuerentissimum episcopum Iohannem, qui talia cum ceteris contra prædictos præsumpserat. neque enim illi confiderent ad tantam insolentiam peruenire sub culpa positi pauci, nisi temeritate
3 reuerentissimi episcopi Iohannis Antiocheni. congregati igitur nos, libellis nobis oblatis a sanctissimo et deo amabili reuerentissimo archiepiscopo Cyrillo et uenerabili coepiscopo Memnone, conuocauimus prædictum episcopum Iohannem, ut uel nunc diceret culpam pro qua ad tantam iniuriam progressus est contra primos sanctæ synodi, qui semel et secundo et ter conuocatus ut causam diceret, aduenire ad synodum non passus est, non habens rationabilem causam suæ præsumptionis, militibus autem et armis circumdans suam domum neque missos a sancta synodo sanctissimos epicopos suscepit nec competenti responso dignam iudicauit congregatam sanctissimam synodum.
4 unde cognoscentes non confidere illum suis satisfactionibus, ab ipsis quidem superflue et uacue per garrulitatem facta et contra omnem consequentiam canonum scripta tam contra sanctissimum archiepiscopum Cyrillum quam contra reuerentissimum coepiscopum Memnonem irrita et cassa omnibus modis esse decreuimus; iudicium enim quod secum nihil habet canonicum neque iustum, nihil aliud habet quam maledictum. sic igitur inregulariter tam ipsum quam qui cum eo fuerunt, inordinate agentes et extra consequentiam ecclesiasticam præter communionem tantisper esse decreuimus, compescentes eorum inrationabilem petulantiam, donec uenientes de his quæ temerarie commiserunt, satisfaciant sanctæ synodo.

5 Quæ igitur constituta sunt, neccessarie ad uestram pietatem rettulimus, supplicantes ut neque synodus iudicetur coetus eorum qui sub culpa facti sunt, quia et antea

---

U, *S* [= *wr*]

1 pauci *T* paucis *US* 3 dicimus *U* 11 una *om.* *S* 12 subuersione *T* subuersionem *US* συστροφή *Γ* 13 reprehendentis *S* 20 præsumpserint *in* præsumpserunt *corr.* *w* dissimulabimus *S*, *corr.* *w* 21 conuocabimus *S*, *corr.* *w* 39 commiserunt *w*[corr] *r* commiserint *Uw* 41 quæ icitur *in* de qua eicitur *corr.* *w* 42 cœtus *in* ex cœtu *corr.* *w*

in sancta et magna synodo trecentorum decem et octo in Nicæa congregatorum quidam sic discesserunt ab illa magna synodo metuentes eius sententiam et neque illos iudicatos synodum a magno et diuæ memoriæ imperatore Constantino, sed iussos esse pœnam persoluere, quoniam desistentes illorum sanctorum episcoporum consonantiam respuerunt, mala, sicut isti, et illi conscientia usi. iniustum enim est synodum ducentorum decem et octo episcoporum, quibus cuncta multitudo Occidentis sanctorum episcoporum consensit et per eos reliqua turba orbis terrarum, repugnare triginta quidem constituti, e quibus quidam olim damnati sunt, aliquanti autem [ex] his quæ Cælestio male placita sunt, consenserunt, aliquanti uero anathemati subditi sunt propter quod Nestorium sint secuti. sed iubete quæ ab uniuersali synodo ad continentiam pietatis definita sunt contra Nestorium et contra impium eius dogma, suam habere firmitatem corroborata nutu et consensu uestræ pietatis.

ET SVBSCRIPSIT SYNODVS PER EPISCOPOS CENTVM NONAGINTA OCTO

EXEMPLAR EPISTOLAE SCRIPTAE A SANCTA SYNODO AD ARCHIEPISCOPVM ROMANVM CAELESTINVM SIGNIFICANS OMNIA QVAE GESTA SVNT IN IPSA EPHESENA SYNODO

XXII 1 Sanctissimo et reuerentissimo comministro Cælestino sancta synodus quæ secundum
dei gratiam congregata est in Ephesenorum metropoli, in domino salutem. Tuæ
quidem sanctitatis circa pietatem zelus et circa rectam fidem saluatori omnium nostrum
deo amica uel placens sollicitudo digna omni ammiratione fuit. mos est enim uobis
ita magnis existentibus in omnibus bene probari et omnia studia ecclesiarum tua propria
2 facere. quoniam autem oportebat omnia ad scientiam tuæ sanctitatis referri quæ
subsecuta sunt, scribimus necessario quia secundum uoluntatem omnium nostrum
saluatoris Christi et secundum decreta piissimorum et amatorum Christi imperatorum
congregati sumus in Ephesenorum metropoli ex multis et diuersis prouinciis, ultra
ducentos existentes numero episcopi, deinde piissimis decretis amatorum Christi impera-
torum per quæ euocati sumus, tempus decernentibus concilio sanctæ synodi diem pente- d. 7. m. Iun.
costes, omnibus concurrentibus, maxime quia continebatur in litteris imperatorum ut a. 431
si non aliquis occurrisset post definitas indutias, non bona conscientia defuisset et esset
inexcusabilis tam apud deum quam apud homines, defuit reuerentissimus Iohannes
Antiochenorum episcopus, non quasi uoluntate simplici, sed neque spatio itineris impe-
dimentum faciente, sed occultans in mente consilium et cogitationem dissonantem a deo,
3 quam non longo tempore ueniens Ephesum demonstrauit. distulimus igitur concilium
post definitum diem sanctæ pentecostæ in totis decem et sex diebus, cum multi tam
episcopi quam clerici et ægritudine deprehensi et adflicti essent in expensis, aliquanti
uero et de uita migrassent, et erat, sicut perspicit et tua sanctitas, iniuria magis contra
sanctam synodum quod agebatur. tanta enim dilatione peruerse usus est, cum
utique eum præcessissent multi ex longioribus spatiis. uerumtamen post diem sextum
decimum præcesserunt quidam ex his qui cum eo erant episcopi, metropolitæ duo,
Alexander Apamiæ et alter Alexander Hieropoleos, deinde nobis incusantibus eius aduentus
tarditatem reuerentissimi episcopi Iohannis, dixerunt non semel, sed sæpius quia deman-

XXII *Græce extat in V 82 S 73 A 54; versio desumpta est ex Collectione T 59*

U, *S* [= *wr*]

2 iudicatos *in* iudicantes *corr. w* 5 conscientiam *w*, *corr. w* synodum *US* [*est uaria lectio Græca*] synodo w^{corr} [= *T*] trecentorum w^{corr} *r* 7 *debuit scribere* constitutos 8 ex *deleui* 16 *et* XXII *et* LXIII *adscr. w* 18 saluatoris *T* 39/40 *aut* eius *aut* reuerentissimi — Iohannis *delenda erant*

dauit nobis nuntiare reuerentiæ uestræ quod si contigerit eum adhuc morari, non
4 differri synodum, sed facere quæ oporteat. his nuntiatis et manifesto facto tam ex tarditate quam ab his quæ ab eo nuntiata sunt, quia recusat concilium, siue Nestorii amicitiæ commodans siue quia clericus fuerat sub se constitutæ ecclesiæ siue quorundam pro eo petitionibus cedens, consedit sancta synodus Ephesi in maiore ecclesia, quæ uocatur Maria. quoniam autem omnibus alacriter conuenientibus solus deerat concilio Nestorius, commonuit eum sancta synodus canonice per episcopos prima et secunda et tertia uocatione; hic autem militibus circumcludens suam domum superbiit contra ecclesiasticas leges nec passus est semet ipsum manifestum constituere nec satis-
ep. 14 5 facere de iniquis suis blasphemiis. postea relectæ sunt litteræ quæ scriptæ sunt ad eum a sanctissimo et reuerentissimo episcopo Alexandrinæ ecclesiæ Cyrillo, quas et probauit recte habere et inreprehensibiliter sancta synodus et nullo modo dissonas esse aut a diuinitus inspiratis scripturis aut etiam a tradita et exposita fide in magna synodo sanctorum patrum qui in Nicæa ante tempora conuenerunt, sicut et tua sanctitas recte hoc probans testificata est. lecta autem et epistola Nestorii quæ ad ipsum scripta est memoratum sanctissimum et reuerentissimum fratrem nostrum et comministrum Cyrillum, iustum esse duxit sancta synodus aliena omnino ab apostolica et euangelica
6 fide esse quæ in ea erant dogmata multis et nouis ægra blasphemiis. lectis uero simi-
ep. 2 liter et expositionibus eius impiissimis nec non etiam et scripta ad eum epistula a tua sanctitate, per quam rationabiliter condemnatus est utpote qui blasphema scripserit et inreligiosas uoces suis expositionibus inseruit, sententia prolata est iusta depositionis eius, maxime quia in tantum longe est a pænitentia aut a recognitione eorum in quibus blasphemauit adhuc Constantinopolitanam habens ecclesiam, ut etiam et in ipsa Ephesenorum metropoli sermonem faceret ad quosdam metropolitanos episcopos non ignobiles, sed doctos et reuerentissimos et auderet dicere quia ego bimenstrem et trimenstrem deum non confiteor, et alia insuper diceret acerbiora. ut inreligiosam igitur et abominabilem hæresim et præuertentem euangelicam nostram sectam et omnem funditus mysterii
7 dispensationem euellentem deposuimus, sicut superius diximus. sed non erat, ut uidetur, in Christo caritatem habentes et zelum in domino non multas experiri difficultates. sperauimus enim reuerentissimum Antiochenorum episcopum Iohannem et suptilitatem synodi et pietatem laudare et fortasse culpare depositionis tarditatem; euenerunt autem nobis omnia quæ in spe fuerant, contraria. inuentus est enim inimicus et hostis tam sanctæ synodo quam etiam ipsi rectæ fidei ecclesiarum, sicut ipsæ res indicant. mox enim quod ingressus est Ephesum, nondum excusso itineris puluere nec exutis uestimentis congregauit quosdam qui cum Nestorio recesserant et blasphemias contra suum locuti sunt caput ac non solum deridentes gloriam Christi, et congregans tamquam collegium sibi triginta hominum numero nomen episcopatus habentium, quorum quidam sunt sine ciuitatibus, uacantes autem et ecclesias non habentes, alii autem ante multos annos pro acerbis causis depositi a suis metropolitis, cum ipsis autem et Pelagiani et Cælestiani et de his quidam qui de Thessalia eiecti sunt, rem præsumpsit iniquam, quam nemo qui ante eum fuerunt. componit enim solus chartam quidem depositionis nomine et iniuria affecit sanctissimum et reuerentissimum Alexandrinæ urbis episcopum Cyrillum et reuerentissimum nostrum et coepiscopum Memnonem Ephesenum,

---

U, *S* [= *wr*]
2 differi *U* 5 maiora *w* 11 alexandrino *S*, *corr.* *r* 18 nobis *S*, *corr.* *w* 21 inseruerit *w*² 24 metropolim *w*, corr. *w* 29 zelum *S* [= *T*] zelum habentes *U* 34 quod] ut *w*² 37 numerum *S* 38 autem et *Ur* aut *w* 39 aceruis *S* 40 eiecti *w* electi *Ur*

nullo nostrum sciente, nec his uero qui iniuriam pertulerunt, agnoscentibus quod age-
batur, uel propter quam causam hoc præsumpsisset, sed tamquam pro his non indignante
deo et quasi non essent canones ecclesiastici aut quasi non periclitaturi ipsi propter hanc
audaciam. iniuriis uero afficiunt excommunicationis nomine et omnem synodum,
deinde et publice in charta hæc inserentes proposuerunt ad legendum uolentibus,
theatri parietibus affigentes, ut suam impietatem in spectaculo facerent. sed non
huc usque eorum processit audacia, sed enim fiduciam adsumpserunt scribentes quic-
quam quasi canonicum et ad aures piissimorum et amatorum Christi imperatorum
8 referre quæ huiusmodi sunt. his ita factis sanctissimus etiam et reuerentissimus
episcopus Alexandrinorum Cyrillus nec non et reuerentissimus episcopus Ephesenorum
ciuitatis Memnon libellos a se compositos et conuenientes tam ipsum reuerentissimum
episcopum Iohannem quam eos qui cum eo hoc egerant, optulerunt, coniurantes nostram
sanctam synodum euocare canonice ipsum etiam Iohannem et eos qui cum eo sunt,
quatenus satisfacerent de quibus ausi essent, et si quid accusare haberent, si possent,
dicerent et conuincerent; in charta enim quæ scripta est ab eis depositoria, potius autem
iniuriosa, occasione inseruerunt quia Apollinaristæ et Arriani et Eunomiani sunt et
9 propter hoc depositi sunt a nobis. instantibus igitur his qui iniuriam sustinuerunt
ab illis, iterum nos necessario congregati [sumus] in magna ecclesia, supra ducentos
existentes episcopi, una et secunda et tertia euocatione in biduo euocauimus et ipsum
Iohannem et eos qui cum eo erant, in concilium, quatenus conuincerent iniuriam passos
et satisfacerent et causas dicerent pro quibus depositionis composuerunt chartam, et
non præsumpsit uenire. oportebat autem eum, si uere conuincere poterat memoratos
sanctissimos uiros quasi existentes hæreticos, et uenire et ostendere hoc uerum esse, quod
et accipiens ut ualidum et indubitatum crimen temerariam sententiam contra eos pro-
tulit. sed ex fragili conscientia non occurrit; quod autem construebatur, illud erat.
putauit enim quasi hæc flagitiosa et iniusta iniuria solueretur simul ac refutaretur et
10 iusta synodi sententia quæ prolata est contra hæreticum Nestorium. indignati igitur
merito, tractauimus quidem parem tam contra ipsum quam contra alios sententiam
proferre legitime, quam ipse contra leges in eos qui in nullo reprehensi sunt, protulit;
ut autem illius temeritatem patientia uinceret, licet iuste hoc pertulisset et legitime,
seruauimus iudicio tuæ reuerentiæ et hoc. interim eos sine communione fecimus,
amputantes illis omnem potestatem sacerdotalem, ut nullum possint lædere per suas
sententias. eos enim qui itaërociter et crudeliter et contra canones irruere solent
ad pessimas et sæuissimas res, quomodo non erat necessarium quam utinam non habuis-
11 sent, adimere eis lædendi postestatem? fratribus igitur nostris et comministris
Cyrillo et Memnoni, qui ab eis sustinuerunt iniuriam, et communicatores omnes sumus
et post illorum temeritatem ministrauimus cum eis et simul ministramus, communiter
omnes congregationes celebrantes, refutatis per scripta a nobis illorum iocis. inua-
lidos et effectu carentes monstrauimus; iniuria enim erat solummodo et aliud nihil.
uiri enim numero triginta, et alii quidem eorum hæretica macula notati, alii autem sine
ciuitatibus et eiecti, qualem habent synodi personam aut qualem uirtutem contra syno-
dum congregatam ex omni quæ sub cælo est? consederunt enim nobiscum et qui a tua
sanctitate destinati sunt reuerentissimi episcopi Arcadius et Proiectus et cum eis sanc-

U, *S* [= *wr*]
6 non *S* nunc *U* 15 est *U* sunt *S* 17 sustinuerunt *S* [= *T*] sustinuerant *U* 18 sumus *om.* *T* ducentos *Uw²* ducentis *w* ducentes *r* 19 episcopi *om.* *w*, *corr.* *w²* 26 hæc *S* hac *U* ac *U* *om.* *S* 26/27 et iusta *S* ut iniusta *U* 34 utinam *U* *om.* *S* [= *T*] 42 omni orbe *w²* qui *w*

tissimus presbyter Filippus, tuam nobis præsentiam per se donantes et apostolicæ
12 sedis locum replentes. indignetur ergo tua reuerentia competenter pro his quæ facta sunt. si enim data fuerit uolentibus licentia et maiores iniuria sedes afficere et contra eas in quibus non habent potestatem, contra leges sic et contra canones proferre sententias, magis autem iniurias et his qui pro pietate tot certamina sustinuerunt, propter quos et nunc pietas per uestræ reuerentiæ orationes refulsit, ibunt ad ultimam confusionem ecclesiæ res; correctis autem secundum congruum modum talia audentibus, uacabit omnis turbatio et condecens canonibus reuerentia ab omnibus seruabitur.

13 Lectis uero in sancta synodo gestis quæ celebrata sunt in depositione inreligiosorum Pelagianorum et Cælestianorum, Cælestii Pelagii Iuliani Præsidii Flori Marcelliani Orentii et similia eis sapientibus, iustum esse duximus et nos ualida et firma perseuerare quæ de ipsis definita sunt a tua reuerentia, et consentanei sumus in sententia omnes, depositos eos habentes. ut autem integre omnia cognoscatis, quæ acta sunt, destinauimus gesta. et subscriptio:

SALVVM TE ESSE ET VT MEMOR NOSTRI SIS, DEVM DEPRECOR, DILECTISSIME ET DESIDERANTISSIME

Subscripserunt et omnes episcopi secundum nomen.

EPISTOLA SANCTI CAELESTINI PAPAE AD THEODOSIVM IVNIOREM AVG̅ POST SYNODVM

XXIII Cælestinus episcopus Theodosio aug̅ iuniori. Causis suis diuinam prouidentiam præstitisse quod sperabamus, agnouimus. nec enim aliud futurum mentes poterant æstimare fidelium regnantibus uobis quam id quod euenisse gaudemus, ut prædicatio in deum impia concideret et cum suo auctore noui dogmatis damnata prauitas deperiret. illata quidem fidei bella sunt et regis æterni sacrilegis uerborum iaculis natiuitas adpetita; sed uos qui Christo deo nostro auctore regnatis, hostes impios fidei uestræ uirtute uicistis, cælestem reuocantes triumphum, per quem religioso munimen in perpetuum præstetis imperio. uere enim prophetica gloriæ uestræ uox conuenit et regnum uestrum dici
Ps. 144, 13 potest regnum omnium sæculorum, quod defensæ fidei meritis propagatur et crescente sanctæ religionis obseruantia Christianæ insertum reuerentiæ semper augetur, gloriosissime et tranquillissime imperator auguste. ecce nunc domus domini orationibus uacant et uestrum per omnes ecclesias deo nostro oblatis sacrificiis commendatur imperium. nihil, amoto perturbatoris ausu, scandalis licet; pestifer ulterius animas hominum sermo non uulnerat; salutem omnibus suarum animarum, dum uniuersali ecclesiæ consulitis, reddidistis. hæc est uestra et prædicandi regni uestri clementia, per quam non terræ, non prouinciæ, sed omnium animæ sunt defensæ. inputabitis hanc omni mundo uictoriam, quam non bellis, non gladiis, sed sola deuotione, qua deo estis dediti, conquisistis. manet hic uestræ gloriæ titulus et manebit, ut nulla illum ætas, nulla uetustas aboleat; æterna enim sunt, quæ æterni regis amore

---

XXIII *IK 386. Græca uersio extat in A 86*

U, *S* [= *wr*], *F* [*inde a* 18]

3 iniurias *S* 8 uacauit *US*, *corr. w* 11 sapientibus *US* [= *T*] 15 te *om. U* ut memor *S* inmemor *U* deprecor *in* deprecamur *corr.* w^2 17 *om. U*

18 epistola — synodum *Uw* Incipit epistola celestini pape ad theodosium iuniorem post synodum *r om. F* 19 *accuratior salutationis formula extat in Γ* theudosio *Fw* prudentiam *F* 20 cognouimus *F* 23 uela *w*, *in* tela *corr.* w^2 24 qui *scripsi* quia *F om. US* regnatis *F* regnantes *US* ur̅a̅ *w* 25 triumplum *U* quem *F* quod *US* 26 uera *F* 28 reuerentia *U* 31 ausum *F* 33 consoletis *F* et *FΓ* om. *US* 35 inputatis *w* x̅p̅o̅ inputabitis w^2 mundo *FΓ* modo *US*

præstantur. Sic Abrahæ fides sæculis durat; Dauid regis meritum dei zelus fecit
esse perpetuum, cum inimicos dei suos esse crederet inimicos et odisset quos deo odibiles Ps. 138, 21. 22
adprobasset. Helias etiam propheta falsa prophetantes non fuit contentus refellere, 3 Reg. 18, 40
sed ita etiam in illos uoluit uindicare, ut eos persequendo perderet, quos in perditionem
2 niti sui populi peruideret. par tibi cum illo gloria. ille falsa prophetantibus restitit, tu falsa docentibus; ille mentientes in deum prophetas persecutus est, tu de Christo deo nostro prædicantes impia abigis sacerdotes. ille tantum uindictæ intentus est; uestra pietas sic impia uindicat, ut quæ sunt religiosa, defendat. nec enim sufficeret abegisse morbos, pestilentiam reppulisse, nisi et salubres auras reddideris et uitalem infectis substantiam ministraris, talem illi ecclesiæ constituendo pontificem, qui olim hoc se dignum fastigio omnibus quibus notus est, adprobasset. fert illi ac si sui corporis parti Romana testimonium quæ hunc semper inter suos habuit et numerauit ecclesia, ferunt suorum merita, quibus sancte adhæserat, decessorum. ita enim reuerentissimæ memoriæ uiro Attico, catholicæ fidei propugnatori fortissimo, mente pariter et officio cohærebat, ut iam tunc futuri in eodem episcopatus insignia
3 prælucerent. sed fit hoc arcano diuinæ maiestatis arbitrio, ut in posterum quæcumque sunt meliora, seruentur et ad quietem per aliqua turbatorum scandala ueniatur. debitum est fratris mei Maximiani episcopi gloriæ, ut aliquem illi prælatum fuisse in hoc quod sustinuit ciuitas, pæniteret et nunc, electo eodem, illi se integritatem fidei debere sentiret.

Sed huic tantæ pro suo merito illius ecclesiæ sacerdoti electo, aliter et consensu sanctæ congregationis quæ interfuit, ordinato ad conponendum ecclesiæ statum et omne uulnus prauæ hæresis radicitus euellendum ne audeant quæ abscisa sunt, pullulare, obsecramus et poscimus sub illius inuocatione quem colitis, fidei uestræ, ut consuestis, arma præstetis. nunc enim est omnis opponenda custodia, ne rapax lupus ab ouilibus dominici gregis, cum sæuierit, exclusus, rursus serpentino lapsu ad mortem perueniat animarum, effossis qua potest parte cuniculis. nec enim potest quiescere, cum prædæ suæ rabidus cupiat incubare. munimen sanis, remedia præbete sanandis; uallate muris uestræ fidei religionis catholicæ ueritatem, per quos et credentes muniti sint et tanti sequaces erroris non audeant introire. hic enim plenus uictoriæ uestræ fructus est, nihil relinquere quod rursum dei ecclesia debeat formidare. quem igitur uniuersorum eiecit sententia sacerdotum in prædicatione sacrilega perdurantem, eum uestra clementia ab omni societate remoueat, ut facultatem aliquos perdendi non habeat.

4 Religiosos uero filios meos Iohannem presbyterum et Epithymitum diaconum tantæ rei nuntios cum tota ecclesiæ gratulatione suscepimus et, lectis in totius congregatione Christianæ plebis apud beatissimum apostolum Petrum uestræ pietatis apicibus, deo nostro pro uobis uota persoluimus. ita enim ad nos agente domino peruenerunt, ut ad eum diem quo Christi dei nostri natale secundum carnem, cui quæstio inferebatur, occurrerent et impietatem conuicti uniuersa congregatio confutaret.

U, *S* [= *wr*], *F*

1 sæculi *U* 2 esse *F om. US* crederet *F* credidit *US* odisset *scripsi secundum Γ* odisse *USF* 4 ita *FΓ om. US* perditione *UF* 9 sufficere *w* sufficere potest *w*² 10 ministraris *w*corr ministrares *USF* *post* pontificem *add.* τὸν ἁγιώτατόν φημι Μαξιμιανόν *Γ* 12 sui *w*corr *Γ* suæ *USF* quem *U* suos *USΓ* uos *F* 14 fortissima *w*² 17 aliquam *F* 18 fratres *w* 20 sentire *US* 21 taliter *Γ* concessus *F* 25 costodiam *F* 26 rursum *U* 28 rabidus *Γ* rapidus *USF* incumbere *F* 29/30 munitis intentantis æquaces *F* 30 sunt *S* 32 eum] cum *U* 33 societates emoueat *F* 34 relegiosus *F* ἐπιθυμητόν *Γ* epytimitum *F* epictetum *US* 35 tot *F* gratulationes *U* 35/36 congregatione *w*corr congregationis *USF* 38 dñi *F* natale *scripsi* natalem *UwF om. r* 39 occurreret *F* concurrerent *US*

Causæ fidei congrue et ecclesiasticæ et pauperum utilitatis causa subiungitur, ut qui integritatem fidei præstitistis, pauperum quoque commodis consulatis. illustris et sanctæ recordationis Proba possessiones in Asia constitutas longa a maioribus uetustate sic reliquit, ut maiorem summam redituum clericis, pauperibus et monasteriis annis singulis præciperet erogandam. sed hæ possessiones ibidem constitutæ in damnum pauperum huius neglegentia, ut grauius nihil dicamus, qui his præfuerat, hac sunt ratione tractatæ, ut non solum consueta non soluerent, uerum etiam subrepticia impetratione earum ius dominiumque uioletur. rogamus pietatem uestram ut religiosæ et illustri domui et ecclesiæ id pro clementia uestra præstetis, ut omnis ab his insidiantium inquietudo discedat et tam ecclesiæ quam suis dominis sit tuta possessio, ut quod inde alimoniæ pauperum adquiritur, uestrum esse credatur.

d. 15. m. Mart. a. 432 DATA ID MART FF AETIO ET VALERIO VV CC CONS

EPISTOLA CAELESTINI PAPAE MAXIMIANO EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO POST SYNODVM

XXIIII 1 Cælestinus episcopus Maximiano coepiscopo Constantinopolitano. Vidimus et amplexi sumus fraternitatem tuam litteris tuis talemque sanctitatem tuam qualem noueramus, inspeximus, simplici scilicet puritate gloriosum et mentis fulgore potius quam sermone præspicuum. redit in se atque in statum suum illa, de cuius fide semper gloriabamur, ecclesia, quæ nunc te præsulem diuino iudicio, postquam illum qui eam obsidebat, eiecit, accepit. sume gubernacula notæ tibi nauis eamque ut didicisse te a tuis prioribus nouimus, rege. obsiste undis quas ille uentus, quieta perturbans, non his tantum quos in ea naui uectores habuerat, sed omnibus inimicus, exciuit, omni eam laterum cupiens compage dissoluere, ut rapidis eam possit uerticibus deuorare, professus falsum (quid enim non iniquitas profitetur?) gubernatoris officium, ut uideretur regere quos perdere nitebatur. adhuc te excitatæ ab eodem undæ circumsonant et elati fluctus uel procellæ sollicitant. resiste peruigil et commissæ tibi nauis magister saluti commissorum tibi qua potes cura succurre. fac quietum mare esse quod nauigas; fac tua arte tutam nauem post eas tempestates quas sustulerat
Mt. 14, 29 quam gubernas. illum sequere piscatorem qui maris aquas pedibus, ut ad Christum deum nostrum, quem ambulantem in mari uiderat, [ut] possit peruenire, calcauit.
2 sequere priorum, a quibus eruditus es et nutritus, exempla pontificum, beatissimi Iohannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repugnando hæresibus uigilantiam, decessoris tui sancti Sisinnii, cuius te successorem credimus, simplicem puritatem, ut de illa, ut solebamus, gratulemur ecclesia. congrega sparsos piumque animum, qualem te habere nouimus, in eos quos dissiparat perturbator, exerce. congrega po-

---

XXIIII *JK 387*

U, *S* [= *wr*], *F*

1—12 *om. Γ, sed habet salutationis formulam quæ in hoc exemplari deest* 4 relinquit *F* reditum *w* reddituum *U*corr *r* 5 hæc *F* 6 nil *S* hac *F* ea *US* 7 tractata *F* subreptia *F* 9 omnes *F* 12 DAT *S* IDVVM *U* MARTIARVM *US* FLAVIO *US* FF KMI *F* gg *w* 13 *inscr. om. F* 14 episcopus *om. F* episcopo *US* 16 simplices, e *in* i *corr.*, *F* puritatem *w F*, *corr. w* 17 perspicuum *US* redit *scripsi* redet *F* sed *US* in statum *U* statum *S* in scm *F* 18 semper *om. F* gloriabamus *F* quem *F* 21 perturbans — ea *F om. US* uictores *F* inimicos *S* 22 exiuit *U* omnia *F* 23 professum *F* 26 solutis *F* potis *F* 27 quod *UF* quo *S* 29 dm *US* dnm *F* ambulanti *F* ut *del. Labbeus* 31 scientiam *US* sententiam *F* iure pugnando *F* in repugnandis *US* 32 decessoribus tuis *F* sci sisinni *F* scissimi *US* simplici puritate *S* 33 gratularemur *F* 34 dissipauerat *US*

pulos tuos ad matris suæ ubera, reuoca quos inuitos ueneni sapore abstraxerat inimicus. confirma in fide quos uideris adpetitos, cura quos inspexeris uulneratos, remoue qui non sentiunt medicinam. interdum uenenum dolore tollitur, et cum ea quæ sunt noxæ, præciduntur, salus reliquis præparatur. datus tibi campus est, frater carissime, in quo gloriam et uigilantis pastoris et benigni sacerdotis exerceas et saporem ori Christianæ salubritatis infundas, ut plus in reparando potuisse te liqueat, quam ille potuit in lædendo, qui imitator diaboli maluit esse quam Christi, perturbans omnium ecclesiarum quietem, cui nunc debemus operam in commune præstare, ut omnium
8 una fides, unus sit animus sacerdotum. teneat manus tua dominicum uentilabrum Lc. 3, 17
et purget aream creditam sibi, ut a frumentis paleæ separentur et omni cura mundatum Christi dei nostri horreis triticum adgregetur. locum impietas nouella non habeat et conpresso olim per totum orbem sua damnatione noto Cælestiano errori tua uigilantia resistatur, ut quicumque huius dogmatis sunt sequaces, ab omni societate hominum repellantur. obsistat illis per te spiritus sanctus, qui his in omnibus ad quascumque conantur prouincias peruenire, ne horum impia prædicatio resurgat, obsistit. ita enim, ut damnentur, quicumque perueniunt, innotescunt et tamquam nonnullis sententia totiens repetita ⟨non⟩ sufficiat, longinquas terras remotasque prouincias inquietant. sed eos ille persequitur cuius fidem sua prauitate persequi nitebantur et a quo se abscondere, ad quasuis latebras confugiant, sua se impietate prodente, non possunt. filios uero nostros religiosos uiros Iohannem presbyterum et Epithymitum diaconum cum magna lætitia suscepimus et cum maiore gratulatione remisimus.

DATA ID̄ MART̄ FFLL̄ AETIO ET VALERIO V̄V̄ C̄C̄ CONS̄ d. 15. m. Mart. a. 432

EPISTOLA CAELESTINI PAPAE CLERO ET PLEBI CONSTANTINOPOLIM CONSTITVTAE POST SYNODVM

XXV 1 Cælestinus episcopus clero et plebi consistentibus Constantinopolim. Exultatio matris est congregatio filiorum; denique lætatur ecclesia ita se filios quos diabolus disperserat, iterum congregasse, ut ex his, nisi filius perditionis, nemo sit perditus, quia
eum filium suum nequaquam pater agnouit. illum namque ex quo erat, sicut legimus, Ioh. 8, 44
imitatus, uobis legitimis dei filiis hereditatem conabatur auferre, quos, dicente apostolo,
pro fide uestra et heredes dei et Christi nostri futuros credimus coheredes. non Rom. 8, 17
ergo ei palmam de his referre permissum est, qui de ipso magis per arma fidei triumpharunt. uictores uos, immo communis regis de hoste uictoriam loquitur tyrannus

---

XXV *JK 388. Græca uersio extat in A 87*

U, S [= *wr*], *F*

1 inuito *US* inimicum *F* 2 uiderat *F* inspexeras *F* 3 uenenum *scripsi* enim *USF* dolore *F* dolor *US* 4 noxia *US* tibi *om. S* 6 mori *w* ut — liqueat *US om. F* 7 legendo *F* uoluit *F* perturbas *F* 9 unus *F* et unus *US* dominicam *F* 10 et² *US* ut *F* 10/11 mundato *F* 11 dn̄i *F* 12 nota *F* 14 parte *F* ad *w*^corr *F* ad has *US* 15 conantur *w*^corr conatur *USF* horum *F* eorum *US* 16 obsistit *w*^corr obsistite *F* obsistite ei *Uw* obsiste ei *r* quocumque *w*^corr innotescant *r* 17 non *addidi* 18 cuius — nitebantur *US om. F* 19 ad quasuis *UF* atque suis *S* latebras *UwF* latebris *w*^corr *r* cum fugiant *w*^corr prodente *F* prodentes *US* prodentes latere *w*^corr 20 epictetum *US* 22 DAT̄ *S* MARTIAS *US* FLAVIO *US* AETIO ET *om. US* CONSVLIBVS *US*

23/24 *om. F* 23 PAPE CAELESTINI *w* 25 episcopus *om. F* consistenti *F* 26 lætetur *F* 27 congregasset *F* 29 hereditate *F* 31 palmam *Γ* palam *USF* 31/32 triumpharent *w*

exclusus; uicit in uobis cuius incerta fieri diuinitas putabatur. si pateretur natiuitas
2 ⟨quæstionem⟩, quæstionem dixerim quam sibi unusquisque bene credens debet simpliciter aperire. quis enim in examen uocare audeat deum eumque discutere qualiter uenerit subuenire? non fuit difficile deo posse quod uoluit, cum dignatus est liberare qui potuit. sed unde illi peccatori in tanta caligine sua lumen uidere? unde terrenis argutiis in superioribus positam colligere ueritatem? hæc in tenebris suis uidere
Ps. 118, 105 non possunt qui lucernæ illius uerbum nesciunt, quod esse lumen semitis suis Dauid propheta testatur. cum quo psalmigrafo, ut supra diximus, matrem lætantem in uterum suum, quem disputatio huc usque ridicula et blasphema turbabat, reuersis
Ps. 132, 1 filiis cantare delectat: ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum. competenter hæc ego uerba de eo fuerim mutuatus; mihi namque ex parte maxima uenerandæ trinitatis auxilio ecclesiæ uniuersalis quietem, summam præ-
2 Cor. 11, 29 sentium uindico gaudiorum, quem nunc usque omnis qui scandalizabatur, urebat et
ep. 5 3 infirmitas aliquantorum faciebat infirmum. meminit caritas uestra apud uos mihi dudum de patientia fuisse sermonem; iactaui quæ debui semina sacerdos in animos Christianos nec me in uobis seges expectata decepit. quid enim patientiæ uestræ messis intulerit, ipsis fructibus approbatis. his inuidens seuerat perituram zizaniam intra aliquantorum mentes agricola periturus; seuerat longe aliud quam acceperat seminandum uel inuenerat seminatum. habemus certe fidei nostræ semina, quæ ipsius domini sermo uel apostolorum doctrina iactauit, quæ quotiens ista contingunt, non ea terra quæ suscepit, sed alia superfusa corrumpunt. nihil uestræ simplici fidei messis dominus poterit imputare, qui in euangelio auctorem zizaniæ interrogatus
Mt. 13, 27 ostendit. illi tunc dixerunt: »in bono semine unde zizania«? nos dicamus: in tanto
Mt. 13, 28 regno fidei unde perfidia? respondeamus tamen uobis sermonibus Christi: homo inimicus hoc fecit. qualiter uos exercuit priorum palæstra doctorum, fortitudo uestræ mentis adstruxit. ipsis agnitionem debetis huius erroris, quorum hic indignus
Mt. 10, 16 laudibus fuit, qui bona tam gloriosa despexit. non pro parte columbæ simplicitati, sed in toto studuit serpentis astutiæ. nec mirum, si parans occidere simplices animas
Gen. 3, 1 sq. eum suadendo secutus est, qui suadendo primus occiderit. denique uerbis illum
4 legimus decepisse, hic inferre mortem non nisi per uerba temptauit. non tamen
Act. 1, 25 inpune suum est secutus auctorem, quando exemplo Iudæ episcopatum eius alter accepit. iure utrumque tenet una sententia, quia in unum, sicut legimus, ambo peccarunt. sit licet uterque ante oculos nostros, saluatoris nostri calumniator et traditor, tamen deliberare difficile est inter discussorem natiuitatis et mortis auctorem. facti sui licet

U, *S* [= *wr*], *F*

1 si pateretur *scripsi secundum Γ* separetur *UrF* separaretur *w* si separaretur w^{corr} natiuitas *UwFΓ* naturas *r* 2 quæstionem *addidi secundum Γ* 3 in *F* ad *US* examine *F* dn̄m *F* eumque *US* eum atque *F* 5 pectori *Γ* lumen w^{corr} *Γ* limen *F* lumen non *US* 6 posita collige *F* hæc *USΓ* hæc enim *F* 8 matre lætante *F* 9 disputatio *FΓ* dissipatio *US* 11 ego *FΓ* ergo *US* mutatus *w*, *corr.* w^2 nuntiatus *r* 12 ueneranda et *S* uenerandæ et *U* quietem *FΓ* quietem et *US* 13 quem Fw^{corr} quæ *US* omnes *US* scandalizabantur *US* urebant *w* 14 infirmatas *F* aquantorum *F* 15/16 animos x̄pianos *FΓ* animo x̄piano *US* 16 expeccata decipit *F* 17 inuidis *F* periturum *Uw* zizaniam *in* zizanium *corr. Uw* 18 mentis *F* 21 suscipit *U* 23 dixerunt *rΓ* dixerint *UwF* 24 respondeamus *UFΓ* respondemus *S* nobis *Γ* 26 errores *F* 27 pro parte *F* partem *US* simplicitatis *USF* 28 serpentes *F* si parans *FΓ* separans *US* animas *F* animos *US* 29 occiderit *F* occidit *US* 31 exemplo iudæ *U* exemplum iudæ *F* iudæ exemplo *w* iudæ *r* 32 δρῶμεν *Γ* peccauerunt *FS* sic *F* 33 utique *w* 34 facti sui licet *scripsi secundum Γ* factis uidelicet *wF* facti sui uidelicet *Ur*

uacuum statim Iudam pænituit, præuenit exitum traditi supplicium traditoris. ille
statim laqueum, peccatum suum confessus, elegit; hic impietatis pertinacia gloriatur.
nec ego perfidiæ huic dabo nomen erroris; non est error impietas omnis. denique
quotiens ecclesiæ uel eius quieti diabolus inuidus fuit, intra eam nata contentio saluam
seruauit ipsius certaminis causam; quo proficiebat iste conflictus quo laborabatur non
5 ut religione quis uinceret, sed ut ipsa religio uinceretur? meministis certe eius, quia
necesse est meminisse blasphemii; sed iam obliuionem tantorum malorum uolo sanctis
mentibus imperatam. tollatur ex animis qui sublatus est oculis; tollatur inquam,
quia sic uocandus est, percussor interni. habuit crebras sinister prædicator insidias,
tetendit arcum suum frequenter, ut legimus, et ore suo spicula uenenata iactauit, Ps. 10, 3
neminem tamen uestro in numero quem feriret, inuenit. retorta in se tela redierunt,
postquam sagittare in obscuro rectos corde non potuit, et nihil in filios lucis licuit filio Ps. 10, 3
tenebrarum. quæ nos uobis in bello intestino positis cura, quæ sollicitudo tunc
habuit? in modum dierum duximus noctes, quia talibus causis omne tempus
angustum est; non oculos somno declinauimus, non animum soluimus in quietem.
quem enim caperet delectatio dormiendi, sic uigilante raptore? sciebamus quis
intra caulas timor, quanta intra septa formido, quotiens luporum uicina esuries multo
6 circuitu aditum quærit in prædam, sæuit absentibus minata perniciem. quanta
hic pro sua cautione laude grex dignus est, quem non attigit secum raptor inclusus?
patet causa tuitionis huiusce; in aperto est quis restiterit inimico. intellegamus
et fateamur omnes quod uos ille tutatus est pastor qui in euangelio se dicit esse pastorem; Ioh. 10, 11
adfuit nec uos deseruit qui patiebatur in uobis. in hunc namque cottidianis acuebatur
lingua blasphemiis, in ipsum dentes suos impius tractator armabat. inani tamen
semper elusus est morsu, quando eiusdem pastoris uirga uos consolabatur et baculus, Ps. 22, 4
qui gregem suum etiam pascendum tradidit iturus ad cælum. hæc uobis huc usque Ioh. 22, 15-17
non mutata sunt pascua; isdem pabulis estis impleti; apostolico uos doctores et pio
semper sermone pauerunt. uerum noxia fuerat pro salubribus cibis esca subposita,
quando aduersarius esurientibus animabus mixtas spinas floribus exhibebat, nec tamen
fraus ista decepit uos, qui Christi suauis odor estis in domino. postquam uobis longe 2 Cor. 2, 15
aliud oluit, quam solebat, herbam mortiferi graminis horruistis; sepsistis aures uestras Sir. 28, 28
spinis, ne linguam nequam potuissetis audire. non ergo peruenit ad sensum quod
7 offendit auditum, nec interiorem ferire potuit quod exterior non recepit. uitastis
eum, cui, quantum didicimus, et in faciem restitistis; uitastis secundum beati Pauli Tit. 3, 10
apostoli sententiam quem iam sciretis esse correptum. legistis namque et memoriter
iam tenetis quia memoria omnium digna sunt, Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotis, hoc
est catholici ad hunc scripta doctoris, quibus eum ita correptum, ut uellet esse correctum, ep. 14

U, *S* [= *wr*], *F*

1 iuda *UF* traditi *FΓ* traditoris *Ur* traditori *w* traditoris *om. r* *post* traditoris *add.* οὔκ ἐστιν ἀφανὴς ἡ ἀσέβεια *Γ* 2 confusus *F* pertinaciæ *Uw*, *corr. w* 3 nec *wF* hæc *U* neque *r* est *om. F* omnes *F* 4 ecclesia *F* fuerit *US* 5 seruabit *w*corr *F* 6/7 certe — meminisse] esse *F* 7 blasphemii *S* blasphemi *w*corr blasphemiis *UF* 8 tollatur *FΓ* *om. US*, *ante* tollatur² *ins. w*corr examinis *F* 9 uocandus *FΓ* uocatus *US* 11 in¹ *om. F* 13 quæ² *FΓ* atque *US* 15 non animum soluimus *om. S* inquietes *S* 16 capere et *F* delectatio *FΓ* dilectio *US* uigilantem raptorem *F* sciebamus *F* sciamus *US* scimus *w*corr 17 esuriens *F* 18 circuitu *scripsi secundum Γ* circuit *US om. F* aditu *S* in *om. S* pernitiæ *S* 20 apertum *US*, *corr. w* qui *US* 21 pateamur *F* omnis *F* 24 elisus *F* 27 ciuis *F* 29 uos] non *F* 30 uoluit *F* herba *F* scepsistis *F* 32 in interiorem *US*, *corr. w* recipit *F* 33 eum *F om. US* uitastis quia memoria digna sunt alexandrinæ ecclesiæ *S* 34 sciretis *US* secretis *F* 35 quia — ecclesiæ *om. w* quia — sacerdotis *om. r* omnium *FΓ om. U*[*S*] dignæ *F* sacerdotes *F* 35/36 catholici hoc est *r* adhuc *F* eum] cum *F* uellet *F* uelit *US*

studuit. nisus est labentem reuocare collegam; porrexit dexteram magisterii sui,
in uno uolens plurimis subuenire. percellebat animum ueteris sacerdotis nutante
2 Paral. 19, 11 episcopo ruina multorum. egit sicut scriptum est, benedictum opus domini diligenter.
2 Tim. 4, 2 in nullo ei officio apostoli uir apostolicus defuit; obsecrauit ammonuit increpauit.
at ille qui in profundum blasphemiorum suorum pondere mergeretur, tanti uiri doctrinam
ep. 15 rennuens et abusus hortatu, docilis esse noluit, cum doctor esse non posset; agit iniuriis
tenacem recti peruersitatis adsertor; gloriatus hinc nec contristatus est frater, secum
reputans quod merito sibi conseruo non parceret, qui sic suo domino derogaret. in-
Mt. 25, 21 uentus est per diligentiam ille de euangelio frugi filius et prouidus seruus. nam et
paternam seruauit substantiam et auxit numerum talentorum. nec duplicasse eum,
sed multiplicasse dixerim sortem, quem uideamus etiam longe positis pio fenore sub-
uenisse. o sanctæ prædicationis usura! quam hic gratiam ante communem
dominum fidei negotiator inueniet, qui propter animarum lucrum negotium et illic
Mt. 25, 21. 23 exercuit, ubi alter accepit? nonne hic merito a patrefamilias auditurus est: euge
serue bone et fidelis, intra in gaudium domini tui? hæc huic competunt,
8 qui illa quoque quæ aliis sunt commissa, seruauit. quid ille auditurus est quidue
dicturus, cum a se commissæ sibi rei ratio requiretur? qui utique inuoluitur reatu, etiam
si uobis per alios perditis esset ipse seruatus. nostis profecto pro uestra eruditione
1 Tim. 3, 4 quæ pœna neglegentes maneat sacerdotes, quippe quos apostolus præesse etiam domibus
1 Reg. 2, 12 sq. suis iubeat diligenter. Heli denique, per se inculpabilis, diuinam per filios incurrit
offensam. offendit pro filiis pontifex pater; offendit potestas et pietas. si igitur
ille cum præsumptionem filiorum non refrenat, incurrit, quanto magis hic dominum,
dum nec ipsi parcit, offendit? non hunc desidem, non hunc dixerim neglegentem.
9 habuistis hominem sermonis assidui et, quia apud expertos loquor, habuistis uigilem
perditorem. nec tamen beatus apostolus Petrus deseruit tam grauiter laborantem.
nam cum separari tale uulnus de ecclesiastico corpore horrens omnibus putredo suaserit,
ep. 2 cum ferro optulimus et fomentum. sed ille abusus nostro studio, quod illum sequimur
Mt. 18, 14 qui nec de pusillis aliquem uult perire, mortem desperatus optauit. denique et
Gal. 5, 12 medicinam respuens elegit abscidi; tulit de se apostolicum, uel hoc nobiscum sentiens,
ipse iudicium, ut abscideretur qui nos contristabat et uolebat conuertere euangelium
Christi. nulla suo uitio languenti medico, ut diximus, arte defuimus; non factum
Mt. 18, 17 est nostræ celeritate sententiæ, ut esset nobis publicanus aut ethnicus. scimus qua-
liter et quotiens hos qui ad hæc tendunt nomina, scriptura iubeat conueniri, quod nunc
quoque uidetur impletum. dicendum denique adhuc tunc frater fratrem admonuit;
dein pertinax uno et altero, immo et multo teste conuentus est, consequenter ab uni-
uersali ecclesia, nostro quoque sermone correptus. nihil præcocum, nihil in hoc
egimus immaturum, quem diuinæ constitutionis seruatus ordo damnauit. non
Ps. 49, 18 potuimus ultra differre, ne, sicut scriptum est, cum fure currere uideamur et cum adultero

---

US, [= *wr*], *F*

2/3 nutante ep̄o *FΓ* mutat ep̄s *US* 4 in *om. F* 5 profundo *F* blasphemiarum suarum w^{corr} 6 dociles *F* possit *SF* aget *F* 7 gloriatus *FΓ* gloriatur *US* 8 sic *FΓ* *om. US* 10 ausit *F* 12 usuram *w* 13 negotior *F* *post* inueniet *add.* Κύριλλος *Γ* illis *F* 16 qui *US* quæ *F* seruabit *F* 17 a *om. F* requiritur *F* 18 pro aliis *F* 19 neglegentis *F* 21 pro filiis *FΓ om. US* 22 deum *Γ* 24 qui *S* 25 petrus apostolus *US* laborantem *FΓ* laborantes *US* 26 uulnus *UFΓ* unus *S* onus w^{corr} putrido *wF* putridos w^2 27 quo w^{corr} 28 desperatus *Γ* desideratus *USF* et *om. F* 33 hoc *F* nomina *F om. USΓ* 34 ad hunc *F* 37 immaturum *USΓ* ut mutarum *F* diuinæ *Γ* diurnæ *F* diuturnæ *US* ordo seruatus *F* 38 ne *USΓ* nec *F* fure *F* furante *US* adulteros *F*

fidei nostram ponere portionem, maxime quando oculus scandalizans iubeatur auferri. Mt. 5, 29. 18, 9
10 ad hæc ille de compendio totiens oblata remedia campum ad certamen exposcit; sacer-
dotale postulat cui non erat interfuturus, examen; egreditur iturus ad bellum castrorum
dux hostem professus et doctor fidei contra fidem portans arma perfidiæ, cum non tam
profectus quam uideretur expulsus. non quæro qualia tunc ad dominum nostrum
uota fudistis, cum exitus doceat quid potueritis optare. nec nos gestarum rerum
putetis ignaros, quarum nobis ordinem sancti fratris nostri Cyrilli relatio patefecit.
ammonuit hominem quæ hunc inexcusabilem faceret ex more conuentio; adesse con-
tempsit. quis petitorem synodi synodo crederet afuturum? pressa est illic
falsitatis leuitas pondere ueritatis nec se ausa est fulgori radiantium sacerdotum latentis
perfidi caligo miscere. lucem tenebræ fugerunt, quia societatem legimus his esse 2 Cor. 6, 14
non posse; inuicem se contraria semper offendunt. ubi est quod sibi dictum est in Mt. 10, 27
tenebris, quod loqueretur in lumine et supra tecta, quod audiret auribus, prædicaret?
sed idcirco uoluit præsens latere, ut ferendam sententiam uerecundia, iudicante con-
scientia, præueniret. lucernam suam cur uoluit habere sub modio, si eam bene Mt. 5, 15
putabat accensam? toto sancto conuentui lucere debuit, ut a uero omnium lumine
probaretur; non fallit diuina sententia quoniam qui in tenebris sunt, lucem uidere non Ioh. 3, 20
possunt. mansit absconditus et uitando sacerdotale collegium ipsi renuntiauit
quodam modo dignitati. sic se ille primus homo Adam peccati sui conscius ante Gen. 3, 7. 8
faciem domini nudus occuluit et qui non in eum, sed in eius mandata peccasset, expauit
illam quam contempserat uocem et timore deceptus incurrit, postquam simplicitatis
fiduciam uitio præuaricationis amisit. non facit dubitare de crimine confessio late-
11 brarum; nemo se in causis grauibus innocenter abscondit. sit ergo illius nostræ mortis
auctoris perdito honoris et gloriæ uestimento secutus exemplum; merito hoc cum primo 1 Cor. 15, 45
homine Adam fecerit qui deitatem Adæ nouissimi sic negauit. non fuit ante oculos
tantorum uexatio sacerdotum, non congregatum ex omni pæne mundi parte concilium;
afuit ab his cum quibus se esse nesciret. quid illi profuit hoc uitasse? refugere
uoluit quos effugere non dabatur. qua enim ratione possit euadere persequente eo
cui se nullus abscondit? an quia talibus sociis usus est, sine peccato se existimans,
nec cogitare dignatus est quod propheta clamauit: quo ibo a facie tua et ab spiritu Ps. 138, 7. 8
tuo quo fugiam? si ascendero in cælum, tu ibi es; si descendero in in-
fernum, tu ades. ille clamat latebram suis deesse peccatis nec a deo posse celari;
ille enim fatetur ubique præsentem quem hic conatur adserere intra uterum defuisse
12 susceptum. tandem in sacerdotibus suis sanctis, sicut semper, spiritus uiuens unus
in omnibus statuit quod omnibus subueniret. nulla de putredine, nulla de uulnere
nascente suscepit, quia diligenter amputatum est quod manus spiritalis abscidit.
eice, inquit Solomon, de concilio contentiosum, et exiet cum illo discordia. Prou. 22, 10
secum scandalum suum, quod intulerat, reportauit, quia apud uos quod inuenerat,

---

U, *S* [= *wr*], *F*

2 de *F* *om.* *US* 3 egrediturus *S* egreditur *w*corr 4 professum *F* 5 uidetur *US* nostrum *Γ* nostra *USF* 8 quæ hunc *FΓ* quo hunc *U* quem hunc *S* hunc quem *w*corr 10 latentes *F* lætantis *S* 11 esse *US* se *F* 12/13 in tenebris *FΓ* *om.* *US* 13 in *om.* *S* lumina *S* lumen *w*corr et *om.* *r* 14 hic circo *F* uoluit *w*corr *FΓ* uolens *US* 14/15 conscientiam *S* 16 a uero *FΓ* habere lumen *US* 18 et *scripsi secundum* *Γ* ut *USF* renuntiauit *FΓ* renuntiaret *US* 21 timore *FΓ* timorem *US* 23 inabscondit *F* 24 eum primum *F* 25 deitate *F* 27 quod *w* refugire *F* 28 quæ *w* 30 nec cogitare *FΓ* negare *US* 31 discendere *F* 33 enim] eum *Γ* 34 suscepto *F* tandem *UFΓ* dantem *w* dandum *r* 35 putridine *F* 36 suscepit *USF* suspicio *Γ* qua *S*, *corr.* *w* 37 salomon *S* exiit *F* 38 secum *USΓ* secundum *F* reportauit *scripsi secundum* *Γ* reputauit *F* amputauit *US*

Mt. 15, 13 hoc reliquit. non poterat, loquente domino, eradicari plantatio quam plantauerat
pater et quæ in eo uberem fructum probaretur adferre; seruauit uineam suam dominus
Ies. 5, 7 Israhel. domus eius est uinea domini, et ideo mirandum non est si furem domus
Ps. 120, 4 eius euasit, cuius legimus nec dormire nec dormitare custodem. quid agit impius
Mt. 12, 32 pertinax? quid sibi spei, quid remansit auxilii? non habet locum ueniæ cui scriptum
Mt. 23, 12 est quod nec hic nec in futuro possit ignosci. inclinatur omnis elatus; contra exalta-
tionem parit humilitas Christiano, quia hunc ipse qui supra eum requiescit, exaltat.
Ps. 100, 7 illius per prophetam uerba sunt: non habitabit in medio domus meæ faciens
1 Cor. 1, 19 superbiam, qui per apostolum promittit se stultam mundi sapientiam perditurum.
13 audiat nunc a uobis quod Paulus tunc et qui iam prædicaret, audiuit: ad insaniam
Act. 26, 24 multarum peruenit itinere litterarum. absit tamen ab eo huius exemplum; non
enim quod de doctore dictum est, dignus est audire indoctus. cur præterea contra
Act. 9, 15 uas abiectionis uas electionis uocemus in medium? cum ad exprobrandum hunc ille
Lc. 23, 42 sufficiat quem in cruce cum Christo post scelera tanta pendentem supplicii beneficium
fecit dominum confiteri. sui ab eo memoriam poscit in regno; hoc breui sermone
diluit quicquid ammisit, criminibus temporum temporis puncto subueniens. nec mora-
tur præmium confitentem; statim eius remuneratio et uicissitudo respondit, qui libenter
Luc. 23, 43 excipit hora ad se quacumque conuersum; mecum, inquit, eris in paradisum.
Rom. 10, 10 promittit ei futurorum societatem, qui secum præsentia pateretur. ad iustitiam
corde credulitas, ad salutem facta est ei ore confessio. exclamare hic in tanta con-
trarietate rerum pariter et flere debemus; nefas est hoc episcopum perdidisse quod
Ps. 35, 7 latro potuit inuenire. o fidei et perfidiæ præmium! o iudicia dei abyssus multa!
14 latro paradisum meruit et sacerdos exilium; habeamus tamen huiusce rei ambos inter-
pretes. hunc ille positus inter tormenta cognouit, quem hic positus in honore nesciuit.
Ps. 48, 13 nonne hoc illud est: et homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus
Prou. 1, 2. 3 est iumentis insipientibus? quod est aliud intellectus indicium nisi scire
sapientiam et disciplinam et intellegere uerba prudentiæ? illa est uera sapientia,
Prou. 1, 7 quæ, ipso Solomone dicente, de timore domini sumit exordium, quam se inter perfectos
1 Cor. 2, 6 loqui beatus Paulus adfirmat, quam non tam graue est quod eam tunc minime mundus
agnouit, quam quod nunc episcopus ignorauit. hoc loco utor dei nostri per Hieremiam
Ier. 2, 8 prophetam sermonibus: cultores legis meæ nescierunt me, et prophetantibus
Ier. 5, 31 iniquitatem prophetis plauserunt manibus sacerdotes. et per eundem
Ier. 2, 10 sq. uero alibi [sacerdotes mei sacrificauerunt mihi] ficte utebatur iam defensione et laude
15 gentilium, episcopum talem numquam fuisse testantium. uere hæc et probabiliter
loquebantur. nam quando potuit episcopus inueniri, qui Christianus esse nesciret?
ideo tamen inimicis [esse] probatus est, quia numquam displicent hostibus proditores.
audiuimus hunc agentem contra legem, et iniquum quæ sint solacia prosecuta. ad-

---

US, [= *wr*] *F*

2 seruabit *U* 3 est[1] *USΓ* et *F* 4 agit *F*corr *Γ* aget *USF* 6 est *om. S* 6/7 exaltationem *Uw*corr exaltatione *F* exultationem *S* 7 x̅p̅iano *FΓ* x̅p̅iana *US* exultat *U* 8 habitauit *UF* 9 superbia *F* 10 prædicare *US* 12 dignum *S* indoctus *USΓ* indoctos *w*corr dedoctus *F* 14 crucem *F* 15 memoriam *om. F* possit *U* 16 ammisit *w* admisit *Uw*corr amisit *rF* 18 excepit *Uw, corr. w* paradiso *w*corr 19 futurorum *FΓ* profuturam *US* 20 crudulitas *F* 23 habemus *F* huiusce rei *USΓ* huius sceleris *F* ambos *scripsi secundum Γ* amore *USF* 24 hic *USΓ* id *F* 26 indicium *FΓ* in iudicium *US* 28 salomone *S* sumet *F* qua *S, corr. w* perfectus *F* 30 χρήσομαι *Γ* 32 iniquitatem *om. Γ* 33 uero *F om. USΓ* sacerdotes — mihi *USFΓ*, *eieci utpote sensu cassa et ut rectus conexus restituatur* iam *FΓ* tamen *US* defensionem et laudem *F* 34 et *om. F* 36 inimicis *scripsi secundum Γ* inimicus esse *USF* probatus *USF* prouectus *Γ*

fuerunt inter alios nec deseruerunt eum Cælestianæ iniquitatis operarii, quos ymnidici nostri persequitur manifesta sententia: iam dudum quippe inimici dei disper- Ps. 91, 10
guntur et pereunt qui operantur iniquitatem. sicut idem dicit, uelut Ps. 13, 4
cibum panis plebem dominicam deuorabant. habuit ergo secum sui magistros exilii; habuit huiusce rei perfectos tiro doctores. nam separare difficile est quos scelera sola iunxerunt, quia maiore ligantur glutino fœdera uitiorum. quis tamen horum finis est? nempe ille quem legimus: irritabit illos dominus, et erunt post Sap. Sal. 4, 18. 19
hæc decidentes sine honore in contumelia inter mortuos in æternum.
16 sed quid diutius immoramur? fastidium forsitan faciat sermo prolixior; dimittamus Mt. 8, 22
mortuos sepelire mortuos suos. audite nunc et capite simplicis uerba doctoris; audite ab eo quæ a maioribus nostris nobiscum positus frequenter audiuit; audite certe semper audita nec studio nouitatis inuenta. nostro uobis loquitur ore collega, quia una fides necesse est uniter prædicetur. non hic in eius persona alicuius testimonium mutuamur; a nobis datus est qui est electus ex nostris. non est incognitus, non aliunde deductus. habuistis laudabile de præsente iudicium, quos præiudicio suo fama dudum decepit
17 absentis. plura de eo loqui cautio est, quia opera superuacua est nota laudare; nos tamen uos nostris proprie sermonibus uolumus de more commonitos. nemo in uobis illud quatiat fundamentum, quod firma petra et angularis lapis ille construxit. 1 Petr. 2, 6
ædificate super hoc catholici quod soletis; didicistis quid sit superædificare quod maneat 1 Cor. 3, 12-15
et quid sit superædificare quod ardeat. hoc detrimento illud pensabitur, cum opera singulorum probare cœperit ignis examen. gaudeo uos fundamento huic non stipulam, non ligna, non fœnum, sed illas inposuisse diuitias quas architectorum sapientium præcepta mandabant inponi. bene manebitis, qui tam sollicite fabricatis. habitaculum magnum tales pollicentur expensæ; auro argento et lapidibus pretiosis illam uobis quæ æstimari non potest, construitis mansionem. nullo pretio taxantur æterna, quippe quæ non iniuria, non uetustate soluuntur, quia ea ab institutione mundi iustis dominus præparauit. confortentur manus fidelium fatigatæ; labentia, hortante propheta, Ies. 35, 3. 4
genua roborentur; qui pusilli sunt animo, conualescant. non est quod ultra possint timere; ecce uictor noster saluator apparuit; ostendit falsitati deus quid sit pulsare et incessere ueritatem, postquam sibi controuersia inde facta est unde subuenit. unde, fratres karissimi, permanete in eum qui est, ut uincatis, in uobis; in ipso 1 Cor. 1, 10
sensu et in eadem sententia estote perfecti, ut a filio hominis, cum uenerit in maiestate sua, non audiatis discedite a me maledicti, sed uenite benedicti Mt. 25, 31. 41. 34
possitis audire. maneat hædos repulsa uenturi; uos tales uolumus inueniri, ut cum in ignem stent abiecti a sinistris, uos a dextris inuitet ad regnum. non expectabitis ut paretur quod olim uos ut regnetis, expectat. angustam nunc portam festinanter Mt. 7, 13
intrate, quæ eos accepit quos numquam spatiosa iuuerunt.

U, *S* [= *wr*], *F*

1 Cælestianæ *scripsi secundum Γ* cælestia nec *FU* cælestiani *S* 4 deuorabam *F* 4/5 habuit — doctores *om. Γ* 6 quia *USΓ* qui *F* 7 irritauit *US* inritauit *F* ἐκγελάσομαι *Γ* illos *FΓ* in illo *US* 8 discedentes *F* descendentes *US* 10 mortuum *F* 13 unanimiter w^{corr} mutuamur *FΓ* mutuatur *US* 14 ductus *w* 15 laudabile *F* laudabilem *US* præsenti *US* iudicium quos præiudicio *FΓ* iuditio *US* 16 absentis *scripsi secundum Γ* absentes *USF* nos *FΓ* nunc *US* 17 uolumus de more *FΓ* decet cauere *US* communitos *UF* 19/20 maneat — quod *om. US* 20 illo *F* 23 mandabat *F* qui *Γ* quia *USF* 24 talis *F* 26 soluentur *F* 27 confitentur *F* ἐνδυναμούσθω *Γ* fatigata *USFΓ* labantia w^{corr} 30 contrauersia *F* 31 fratres *FΓ* filii *US* eo w^{corr} nobis *Γ* 31 benedicti patris mei *r* 34 possetis *S*, *corr. w* uos *Γ* quos *USF* 35 ignem *FΓ* igne *US* stent — a *US* stantis abiecta *F* inuitet et *F* spectabitis *US* 37 iuuerunt *scripsi secundum Γ* inuenerunt *USF*

Hæc dilectioni uestræ pro lætitia catholicorum dicta sufficiant, quæ sæpius recensere uos uolumus, ut triumpho fidei gratulantes intellegatis deum caritatis et pacis esse uobiscum.

d. 15. m. Mart. a. 432 DATA ID̄ MART̄ FFLL̄ AETIO ET VALERIO V̄V̄ C̄C̄ CONS̄

EPISTOLA SANCTAE MEMORIAE PAPAE CAELESTINI POST DAMNATIONEM NESTORII AD SANCTAM SYNODVM EPHESENAM SCRIPTA

XXVI 1 Cælestinus episcopus sanctæ synodo apud Ephesum constitutæ. Tandem malo-
rum fine gaudendum est, tandem nobis omnibus in commune dicendum: dextera tua,
Exod. 15, 6 domine, glorificata est in uirtute, dextera manus tua confregit inimicos.
Ps. 62, 12 proprie namque ipsi confracti sunt, quando iniqua loquentium, dicente Dauid, os
uideamus esse destructum. huiusce tamen tam fideliter peractæ rei uos executores
nobiscum fuisse uidemus, fidei sacerdotes, qui conuenientes in unum et secundum
Phil. 2, 21 apostolum non quæ uestra sunt, quærentes, sed quæ Christi Iesu, negotium domini
Rom. 10, 18 communis egistis. apud uos ergo de uestra loquimur sanctitate, quorum in omnem
terram sonum gaudemus exisse, cum et in finem orbis eiusdem prædicatæ ueritatis a
uobis uerba uenerunt. deus noster non patitur latere quod præstitit, quia numquam
beneficia superna celantur. ita namque fit ut tanto munere innotescente cælesti
1 Tim. 2, 4 pro uoluntate diuina, sicut scriptum est, omnis homo saluus fiat et ueniat ad scientiam
ueritatis. loquor ergo uictoribus et qui in prœlium solam contra hostem portauerint
1 Ioh. 5, 4 fidem, quæ, et Iohanne dicente apostolo, uincit et mundum; uobis eiusdem proprie
1 Ioh. 2, 13. rescribo sermonibus, qui secundum diuinam paginam ut patres cognouistis quod
14 ab initio est, et ut iuuenes, dum fortes estis et uerbum dei in uobis
manet, uicistis malignum. talibus sociis gratulantes de hoc euentu minime
dubitauimus; habuit animum nostrum fiducia superandi, qui uobis uideremus diuinæ
causæ pondus incumbere, quos bene admodum noueramus secundum illud propheticum
Ps. 25, 5 odisse congregationem malignorum et cum impiis non esse sessuros. obtinui ergo
Ps. 24, 21 quod credidi, quia contra nocentes atque peruersos, sicut prædictus ait, innocentes
2 et recti adhæserunt mihi. una igitur eademque relatione per filios nostros
religiosos et deo amabiles uiros Iohannem presbyterum et Epithymitum diaconum
deiectionem iustam et exaltationem didicimus iustiorem, illud quod in euangelio legimus,
Lc. 1, 25 adprobantes, quia deus noster exaltat humiles et potentes de sede deponit,
Sir. 10, 21 a qua sententia ille noster sapientissimus minime deuiauit qui ait a deo nostro humilium
seruatam memoriam et perditam superborum. quod quando magis uideatur im-
pletum quam nunc? cum saluator noster, parans bene meritos honorare, ossa hominum

---

XXVI *JK 385. Græca uersio extat in A 85*

U, *S* [= *wr*], *F*

3 uobiscum *rFΓ* nobiscum *Uw* *in fine add.* καλῶς σωθείητε, ἀδελφοί *Γ* 4 IDVVM *U* idus *S* MARTIARVM *US* FLAVIIS *US* eatio *S* VALERIO *USΓ* BOETIO *F* conss̄ *Uw* 5/6 *om. F* 7 *accuratior salutatio extat in Γ* episcopus *om. F* constitutæ *om. F* 9 tua *F*w^2*Γ* tuæ *US* inimicus *F* 11 tam *USΓ om. F* 12 fidei *USΓ* dei *F* 14 communes *F* communiter w^2 15 orbis *om. F* prædicatæ *FΓ* prædictæ *US* ueritatis *om. F* 16 uenerint w^2 20 uincit et *Γ* uincite *F* uicit et *US* 21 aut patris *F* 22 et *USΓ om. F* dei *FΓ* dn̄i *US* 24 dubitauimus *FΓ* dubitamus *US* fuditia *U*, 26 malignantium *r* esse *om. r* 27 quia non *F* prædictus *F* supradictus *Uw* supra dictum [m *in* s *corr.*] est *r* 28 eandemque relationem *F* 29 a deo amabilis *F* ἐπιθυμητὸν *Γ* epytimitum *F* epitectum *Ur* epictecum *w* 30 exaltationem w^2*Γ* exultationem *USF* 31 ds̄ *USΓ* dn̄s *F* 32 a^2 *om. F* dn̄o *F* 34 cum] eum *F*

sibi placentium dissipauit et prouiso pastore dignissimo feralem lupum de ouilibus suis Ps. 52, 6
inmaculatus agnus eiecit. legimus eius a uestra fraternitate scripta præconia nec
quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixistis. adsertio impendatur incertis,
testimonium comperta non quærunt. bonorum hunc actuum palæstra semper exercuit;
talem hunc dedimus qualem in litteris inuenimus, talem certe, ut breuiter dicam, qualem
doctor noster esse præcipit sacerdotem, ut conuenienter omnium iudicio mereatur
audire: ecce uere homo Israhelita, in quo dolus non est. nonne laudibus Ioh. 1, 47
in eum uestris ista conueniunt? aliter denique quæ dixistis, audistis? talem
successorem quærebat sanctæ memoriæ Sisinnii beata simplicitas, ut locum suum non
nisi sui similis optineret. etenim melius agimus, si abstinentes iam illius sacrilegi
nomine sedem uacasse dicamus. actum est diuino iudicio ut hunc ecclesia pro remedio
mereretur. denique discordiam tulit et concordiam reddidit ordinatus: quid non
3 poterit præstare per tempora, cuius hoc primordia præstiterunt? hæc de eo inuicem
dicimus, quem pax reparanda quærebat. interfuimus nec nos dixerimus absentes,
cum eius capiti uerba mystica dicerentur, cum redderetur omnibus diuini lætitia salutaris;
postremo nullus illic catholicorum defuit, ubi omnes in commune uicerunt. lætati
præterea sumus clementissimi de hoc et Christianissimi principis testimonio, cum
epistolis dilectionis uestræ eius sententiam uideremus esse concordem. nec mirum
est si cor regis, quod est in manu dei, cum his senserit quos eius nouerit sacerdotes. ait Prou. 21, 1
itaque sermo regalis: »diuinas res exequendo militauit augusto.« felix imperium
cui militat executio diuinorum, nec hic minus felix quem sic prædicat dominatio munda-
norum. hoc testimonio dignus est qui ordinandus probari, non qui inprobari potuit
ordinatus. scimus quo itinere sanctus frater et coepiscopus noster Maximianus,
quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale peruenit. non hunc diuitiarum
gloria, non uelut inpotentia cupidum quæ solet inesse ambientibus, honorum saltus
euexit; suffragio pauperum, quibus fidelis seruus et prudens cibum dabat, in tempore
super omnia domini sui constitutus est bona et tamen, etiamsi desiderium fuit, epi- Lc. 12, 42. 44
scopatum non nisi propter opus bonum, sicut ait apostolus, concupiuit. ita deus 1 Tim. 3, 1
noster et quid uelimus et cur uelimus, attendit. quis dubitet posse magis agere
præsidentem quod potuit exercere subiectus?

4 Exosus est blasphemus; istud officium non poterat habere, id est corporum curam,
qui nitebatur animas uulnerare. facta est ruina eius magna, tam ruina magna quam Mt. 7, 27
praua doctrina. nunc quia de præteriti emendatione gaudemus, cauere nos conuenit
in futurum, ne possint magis ac magis quæ abscisa sunt, pullulare. quia necesse
est quocumque pestis hæc loci sit, nostri corporis membra uexentur et per patientiam
nostram peiora prioribus nutrita uideantur, scripsimus clementiæ principali ut de sanitatis ep. 23
medio longius infirmitas auferatur; didicimus namque hunc Antiochiam reuertisse

---

U, *S* [= *wr*], *F*

1 dignissimum *F* 2 inmaculatos agnos *F* 4 hunc *UFΓ* nunc *S* palæstram *w* 5 dedimus *FΓ* didicimus *US* ut *om.* *F* 6 præcepit *SF* 8 aliter *FΓ* taliter *US* quæ *om.* *F* 9 successorem *USΓ* sacerdotem *F* 10 suis *F* optenere *F* sacrilegii *US*, *corr.* *w* 11 esse *Γ* 13 hoc] nec *F* 14 didicimus *U* 15 diuina *S* τῆς ἐπουρανίου χαρᾶς ἡ σωτηρία *Γ* 16 nullus *F* nemo *US* illi *F* 17 climentissimi *F* 19 ait *FΓ* *om.* *US* 24 sacerdotalem *F* 25 quæ *Γ* qui *USF* 27 etiam *F* 28 itaque *F* 29 dubitet *USΓ* dabit et *F* 30 præsidente *F* 31 exodus *F* ἐκβέβληται ἐμισήθη *Γ*, *coniecerim* explosus est *FΓ* et *US* *post* habere *add.* ἣν οὗτος εἶχε *Γ* id est *om.* *F* cura *F* 32 ruina[2]] ruina eius *F* 34 possit *F* *ante* quia *add.* ἐπικείσθω οὖν ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης *Γ* 35 quodcumque *U* et *om.* *F* 36 nutrita uideantur *USΓ* nuntiantur *F* 37 remedio *F*

atque sibi illic unde uenerat, uiuendi præstitam facultatem. innocentum exitium
est istud exilium. aspiciamus diligentius quid illic possint parere quæ illic sunt ante
concepta. non est notis suadere difficile; in oculis est eiusdem ciuitatis ecclesia quæ
per hunc perdidit sacerdotem, et tamen laboramus aduertere quis cui fuerit causa peccati?
nisi forte, quod pro quiete ecclesiarum dicimus, deceptum se ille demonstret deserendo
damnatum. sed quis illic speret aliquem posse corrigere, ubi arcem tenere uideat
peruersitatis auctorem, ubi colatur ab omnibus exulatus? magna illic est, quod
Ies. 1, 5 lugentes dicimus, desperatio sanitatis ubi sicut Esaias ait, omne caput in dolore
et omne cor in mæstitia a pedibus usque ad caput. quando ibi membrum
aliquod habere poterit spem salutis, ubi periclitatur corporis tota compago? elaborate,
fratres karissimi, elaborate, obsecro, ut uere tollatur de medio uestrum qui hoc opus
fecit. sola decet tales homines solitudo. ubi enim debet hic inuenire solacium
qui sic tractauit ubique regnantem? peracta est a uobis totius summa negotii;
agendum nunc est quod instat et restat, ne sit in uacuum laboratum. longius quidem
sumus positi, sed per sollicitudinem totum propius intuemur. omnes habet beati
Petri apostoli cura præsentes; non nos ante deum nostrum de hoc possumus excusare
quod scimus. nam quamquam hæc quæ loquimur, sanctitas uestra tacuerit, agno-
uimus tamen omnia diligentius requirentes. tantæ igitur causæ finis qui superest,
actibus uestris, quæso, respondeat, quia nolumus in modico uos deesse, qui maxima
5 peregistis. adiutorio apud reges terræ his estote quæ scripsimus. norunt et ipsi
quid suis debeant præstare temporibus; sciunt quod catholicæ fidei fundamento sua
regna subsistant. pura ab heredibus sanctis paternæ et auitæ credulitatis uena
seruatur; fluit ab illis incorrupta per posteros nec hanc in his aliquis umquam limus
infecit. custodit fontis sui fidelis cursus exordium, cum id quod in origine acceptum
Phil. 3, 2 est, uidetur in prole. canem et operarium malum pariter persequamur; facite præ-
sentes quod hortamur absentes. nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus,
præcipue tamen nos conuenit Antiochenis periclitantibus subuenire, quos pestifer morbus
obsedit. absoluamus nodis talibus ciuitatem in qua, sicut Actus apostolorum locuntur,
Act. 11, 26 dictos primum legimus Christianos. omni ergo his uirtute præstemus quibus secundum
religionem debere nos nouimus quod uocamur.

6 Hanc autem sollicitudinem nostram præsentes probarunt deo amabiles filii et
carissimi atque animis nostris acceptissimi Iohannes presbyter et Epithymitus diaconus,
quos reuersos ad uos festinato remisimus, sollicitius hoc agentes ut quos diebus dominicæ
d. 3. m. Apr. a. 432 natiuitatis accepimus, resurrectionis dominicæ tempore redderemus. de his autem
qui cum Nestorio uidentur pari impietate sensisse atque se socios eius sceleribus addi-
derunt, quamquam legatur in eos uestra sententia, tamen nos quoque decernimus quod
uidetur. multa respicienda sunt in talibus causis quæ apostolica sedes semper aspexit.
quod loquimur, Cælestianorum testantur exempla, qui spem de synodo huc usque
gesserunt. habent, si resipiscunt, copiam reuertendi, quod his solis non permittitur

---

US [= *wr*], *F*

2 possent *Uw* parare *U* ante] tante *F* 3 ecclesiam *F* 5 didicimus *F* se] sic *F* demonstrat *w* demonstraret *r* 9 ad *om. F* 10 spe *F* corporis *om. F* 11 laborate *F* 12 sollicitudo *U* 13 peracta *US* peccata *F* 16 apostoli petri *F* 17 quæ *om. F* 19 uestris *om. F* qui *F* uos *om. U* 22 habite *F* 23 aliquis umquam w^{corr} *Γ* aliquid umquam *US* aliqui suum *F* 24 fontis *UFΓ* fortis *w* portis *r* 25 pariter *superscr. w* persequamur] hortamur *r* 28 nodis *FΓ* modis *US* actos *F* 29 primum *USΓ* primos *F* omni *UFΓ* omnibus *S* his *om. US* uirtutem *S* 31 amabilis *F* 32 iohannis *UF* epictectus *Ur* epictetus *w* 35 parum pietate *S*, *corr. w* socius *F* 36 quamquam *USΓ* per quam *F* 37 sedis *UwF*, *corr. w*

quos proprie cum auctoribus hæreseos omnium fratrum constat subscriptione damnatos; per dei namque misericordiam aliquos ex eorum numero ad nos iam redisse gaudemus. quod hoc consilio factum est, ut quos conscientia mixta non poterat, saltem sententia separaret. hoc moneo ut fraternitas uestra sequatur exemplum. sit caput sceleris cum his quos synodalia locuntur statuta, damnatum; reliqui quos cum hoc sentientes in communione ecclesiastica non habemus, eici ciuitatibus suis et se in nostro collegio nouerint non futuros, nisi secundum ecclesiasticum et Christianissimorum principum constitutum damnata cum auctoribus sociisque damnantes ⟨se⟩ profiteantur catholicos sacerdotes. quam formam etiam circa eos uolumus custodiri qui subripiendum in ecclesiasticis causis Christianis principibus crediderunt et alio ordine rursus ecclesias occuparunt. Antiochenum uero, si habet spem correctionis, episcopum a uestra fraternitate uolumus conueniri, ut nisi quæ sentimus, senserit, nouella blasphemia eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intellegat de se quoque ecclesiam quod fidei nostræ respectus imperat, ordinare. credendum tamen de diuina est misericordia quod omnes in uiam redeant, si de supra dicto loco horum malorum caput et causa tollatur.

DATA IDVVM MARTIARVM AETIO ET VALERIO CONSS — d. 15. m. Mart. a. 432

EXEMPLAR SACRAE EPISTOLAE PER ARISTOLAVM TRIBVNVM ET NOTARIVM AD IOHANNEM EPISCOPVM ANTIOCHIAE DE PACE ET ADVNATIONE ECCLESIARVM

XXVII 1 Intentio nostra est pacis perfectio, quam uos propriam professionem sequentes semper adimplere promittitis, alios uero omnes homines, utpote per dilectionem sacerdotes ordinati, docere non cessatis. tempus igitur est, quoniam hanc uobis perturbare unde non oportebat, contigit ecclesiam, ad hoc hortari, ad quod alios reducentes arbitrabamur quod alacriter ueniretis. res enim horribilis et inopinata nostris temporibus contigit sacerdotibus ueræ religionis, dissensio, quæ et omnem narrationis uirtutem supergressa est. cum enim sperata est uniuersa et usque ad suspicionem adimi contentio et perfectæ unitatis sequi perfectio, tunc dissensionis et tumultus maximi occasiones accensæ sunt. anxietatis igitur in negotio et multi maeroris occasio est doctores ecclesiasticæ pacis et fontem concordiæ in tantam dissensionem conuerti, ut indigeant his qui eos adhortentur quatenus memores sint eorum quæ prædicare constituti sunt.
2 tanti igitur mali solutionem, unde et initium sumpsit, inuenire sperantes et diligenter quemammodum hoc perficiatur, curantes, ne serpens depascatur amplius contentionis uitium, hoc animaduertimus, omnibus ad nos concurrentibus tam sanctissimo episcopo gloriosæ huius urbis et omnibus qui inuenti sunt hic reuerentissimis episcopis et uniuerso eorum clero ad bene pridem adunita, acerba passione incidente quæ diuulsa sunt rectæ fidei membra coaptare, quatenus uos, te uero dicimus et sanctissimum episcopum Alexan-

---

XXVII *Græce extat in V 120 S 86 A 102. uersio discrepat ab ea quæ habetur in Collectione CT 69*

US [= *wr*], *F* [*usque ad* 17]

3 saltim *F* 4 ut *F om. US* fraternitas ues *F* uestra fraternitas *US* 6 eici *UF* ei *S* in *w*corr 7 xpianissimorum *FΓ* xpianorum *US* 8 se *addidi* catholico *F* 9 quia *F* 10 ecclesia *F* 11 antiochenus *w*corr eps *Uw* 12 ut] et *F* nouellam blasphemiam *Γ* 14 quo *F* 15 misericordia *USΓ* pietate *F* redeant *FI* redeant ueritatis *US* 16 tollatur *F* auferatur *US* 17 DATA — CONSS *om. F* u. cl. conss. *r* *subscr.* EXPL EPIST CAELESTINI AD SYNODVM EPHESENAM *F*

19 ecclesiæ *S* LXXIIII *adscr. w* 22 ὀκλάζειν *non magis hic intellexit translator quam T et C* 27 dissensiones *w*corr 35 acerua *US*, *corr. w* incedente *Uw* deuulsa *US*, *corr. w*

drinorum Cyrillum, conuenientes inuicem deponatis inter uos factam difficultatem et ambiguitatem, promittentibus his quos prædiximus reuerentissimis uiris quod si subscripseris in depositione Nestorii et eius anathematizaueris doctrinam, nulla residebit altercationis occasio, sed statim et sanctissimus episcopus Cyrillus et tua reuerentia et qui cum ea sunt, et sanctissimus autem gloriosæ Romæ episcopus Cælestinus et omnes qui ubique sunt rectæ fidei sacerdotes tuæ reuerentiæ communicabunt, aliis si quidem aliqua sint quæ debeant corrigi, decentem facile suscipientibus solutionem, quam ipsi necessario repetentes et satisfacientes uobismet ipsis priuatim et communiter omnes
3 reducetis. cognoscens igitur hoc nostrum esse studium et uoluntatem, de nullo altero curam facias nisi ut omni de medio contentione et æmulatione sublata pacem hanc diligenter et firmiter sanctis ecclesiis quæ ubique sunt orthodoxæ fidei et per has omnibus qui sub potestate uestra sunt, repetere et meliore auxilio figere, festinare autem uenire cum omni uelocitate ad Nicænam urbem, nullum omnino episcoporum tecum adducens nisi paucos obsequentes tuæ sanctitati clericos. et sine aliqua dilatione festina, sciens quod et Cyrillum sanctissimum episcopum similiter et te properare et concurrere simili alacritate per sacras nostras litteras præcepimus et promittere ne aliter ad nos perueniatis, priusquam in unum conuenientes inuicem uos depositis inimicitiis ad confirmandam pacem propria concordia intentioni omnium succurratis, quod futurum esse et in tua reuerentia significamus. uiri enim tales existentes quos expectant quæ pacis bona sunt, et quæ dissensionis mala, latere non patiuntur, non prius a nobis uidebimini nisi correcta fuerint hæc quæ nos non modice tristari fecerunt. interim autem donec fiant festinata pax et concordia uestra et ad inuicem amicitiarum colloquium et ex hoc præcurrente colloquio proueniat firmitas, nulla ex episcopalibus constitutionibus aut depositionibus aut ex quacumque ordinatione nouitas assumatur, sed si quid interea fieri contigit, hoc in quiete manens inperturbatum catholicæ ecclesiæ custodiat statum; sufficiunt enim qui sunt religiosi clerici, donec perfecta adunitio consequatur, ad diuina ministeria peragenda.

4 Habere a nobis hæc et non ambigimus quod omni robore et omni uirtute sinceram et immutabilem uidens nostram intentionem et dignam Christiana instantia pariter acturus et ipse nullum laborem aut fatigationem nec iniuriæ contemptum nec obliuionem iræ suscipere recusabis, quatenus ea quæ a nostra pietate causa rectæ fidei et sanctarum ecclesiarum unitatis præcepta sunt, termino tradas. si autem, quod non credimus, hanc nostram sententiam et sic rectam uoluntatem contemnere propria quadam intentione aut instantia humanæ passionis conatus fueris et alia quæ a nobis iussa sunt, neglexeris, tibi imputabis, quia alacritatem circa continentiam dei ecclesiarum tua sanctitas aspernata dignas uicissitudines recipiet.

EPISTOLA IOHANNIS EPISCOPI ANTIOCHIAE AD CYRILLVM DE PACE

XXVIII 1 Sanctissimo et deo amabili episcopo Cyrillo Iohannes in domino salutem. Ante hoc ex decreto piissimorum nostrorum imperatorum iussum est concilium deo amabilium episcoporum apud Ephesum metropolim congregari ecclesiasticarum rerum et rectæ

XXVIII *Græce extat in V 123 S 88 A 110. uersio desumpta est, sed ualde correcta et mutata ex Coll. T 71*

U, S [= *wr*]

12 *post* figere *superscr.* studeas *w* festinare *scripsi secundum uariam lectionem in Γ* festinate *U* festina *S* 20 quae[2]] qui *S* 21 uidemini *S* 22 fiant *in* fiat *corr. w* 26 adunatio *S* 28 habere] ἔχειν *pro* ἔχεις ambigemus *S* 29 x̅pianam instantiam [instantia *r*] *S* 33 sic rectam *scripsi* secretam *US* 37 LXXV *adscr.*, XXVIII *ante* AD *habet w*

fidei causa. comprehendentibus autem nobis prædictam urbem et reuertentibus sine colloquio ad inuicem nostro (superfluum est autem causas discordiæ in tempore pacis nunc dicere), diuisis autem ecclesiis ad discordiam hoc modo, quoniam hoc curare maxime omnes oportebat quatenus sociarentur e medio ablata omni discordia, et piissimis et Christo amabilibus imperatoribus id ipsum ut fieret, sancientibus et adunire dei ecclesias et ad hoc ipsum dirigentibus dominum meum uirum admirandum et spectabilem tribunum notariorum Aristolaum, ferentem secum pios eorum apices, qui iubebant statim nos congregari et auferre scandala de medio et sopire omnem turbelam et omnem tristitiam, quibus litteris obtemperantes, mox et sine dilatione direximus dominum meum per omnia deo amabilem et sanctissimum episcopum Paulum, quod placuit etiam sanctissimo et reuerentissimo patri nostro Acacio et omnibus nostris sanctissimis episcopis (pro ampliore autem cautela hoc fecimus, quia non poteramus conuenientes quæ decreta fuerant a piissimis nostris imperatoribus, coram ad effectum perducere) demandauimus ei ut uice nostra et pro nobis et pro persona nostra disponeret quidem quæ pertinent ad pacem, quod præcipuum est, intimaret autem reuerentiæ tuæ expositionem quæ a nobis consonanter facta est de humanatione domini nostri Iesu Christi, quam direximus reuerentiæ tuæ per prædictum religiosum uirum; quæ est hæc

2 De dei autem genetrice uirgine quemammodum et sapimus et dicimus et de modo humanationis unigeniti filii dei necessarie, non additamenti causa, sed ad satisfactionem proprie desuper tam de diuinis scripturis quam de traditione sanctorum patrum adsumentes habuimus, breuiter dicimus, nihil omnino addentes fidei sanctorum patrum quæ in Nicæa exposita est. sicut enim iam diximus, ad omnem sufficit et pietatis cognitionem et omnem hæreticæ perfidiæ abdicationem. dicimus autem non præsumentes inlicita, sed confessione propriæ infirmitatis excludentes eos qui exsurgere uolunt contra ea quæ ultra hominem disceptamus.

3 Confitemur igitur dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum, deum = ep. 29
perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula ex patre genitum secundum deitatem, in ultimis autem diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem, consubstantialem patri eundem secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem. duarum enim naturarum unitas facta est; unde unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur. secundum hanc inconfundibilem unitatem confitemur sanctam uirginem dei genetricem, quia deus uerbum incarnatus est et humanatus est et ex ipso conceptu aduniuit sibi ex ipsa adsumptum templum. euangelicas autem et apostolicas de domino uoces scimus deiloquos uiros aliquotiens has consociantes tamquam de una persona dictas, aliquotiens autem diuidentes tamquam de duabus naturis et has quidem deo condecentes secundum deitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem tradentes.

4 Quo suscepto placuit ad abolitionem totius certaminis et ad constituendam uniuersalem pacem sanctissimis dei ecclesiis et e medio tollere quæ exorta sunt scandala, nos habere Nestorium condemnatum, qui dudum factus est episcopus Constantinopolim, et anathematizamus prauas eius et profanas uocum nouitates, quia nostræ sanctæ dei ecclesiæ rectam et saluam habent fidem et hanc custodiunt et tradunt populis sicut sanctitas uestra. consentimus autem et ordinationi sanctissimi et reuerentissimi

---

U, *S* [= *wr*]

6 expectabilem *S* 7 iubeant *S* 12 ampliori *S* 13 fuerint *U* 16 dn̄i *w* dı *Uw*^corr^ *r* 20 proprie = ἰδίως *pro* εἴδει ὡς 23 per fidei *S* 24 confessionem *US* 30/32 secundum — confitemur *om.* *r* 32 inconfundibilem *scripsi* infundibilem *U* inconfusibilem *w* 37 concedentes *S*

episcopi Maximiani Constantinopolitanæ sanctæ dei ecclesiæ et omnibus communicamus, qui per uniuersum orbem terrarum sunt deo amabiles episcopi, quanti sunt qui rectam et inpollutam habent et custodiunt fidem.

Et subscriptio: Saluus pro nobis orans permaneas, domine deoamantissime et sanctissime et omnium carissime frater.

INCIPIT EPISTOLA SCI CYRILLI AD IOHANNEM ANTIOCHENVM

XXVIIII 1 Domino meo dilectissimo fratri et consacerdoti Iohanni Cyrillus in domino salu-
Ps. 95, 11 tem. Exultent cæli et lætetur terra; solutus est enim medius paries maceriæ,
Eph. 2, 14 quod contristabat, quieuit atque dissensionis modus omnis abscisus est, omnium nostrum
saluatore Christo pacem suis ecclesiis tribuente, conuocantibus tamen nos ad hoc et
piissimis ac Christianissimis imperatoribus, qui originalis pietatis facti imitatores egregii
tutam quidem et inconcussam in propriis animis rectam fidem custodiunt, maximam
tamen curam impendunt pro sanctis ecclesiis ut opinabilem habeant in sæcula gloriam
et præclarum proprium ostendant imperium, quibus et ipse uirtutum dominus ditis-
sima manu bona impertitur et tribuit subiugare quidem aduersarios, donat autem et
1 Reg. 2, 30 uictoriam. neque enim mentitur dicens: uiuo ego, dicit dominus, quia glorifican-
tes me glorificabo.
2 Veniente igitur in Alexandria domno meo reuerentissimo consacerdote ac fratre
Paulo, inpleti sumus omni lætitia et nimis digne, tamquam tanto uiro mediante et
supra uires in laboribus adquiescente uersari, ut diaboli superaret inuidiam et coniun-
gat separata et interiecta scandala circumcidens consensu et pace coronet ecclesias
quæ apud nos et apud uos sunt. quo enim modo diuisæ sunt, superfluum arbitror
dicere; oportere autem reor ea quæ pacis tempori conuenientia sunt, et sapere et effari.
delectati ergo sumus colloquiis memorati reuerentissimi uiri, qui forte et certamina se
non parua habiturum suspicabatur in persuadendum nos quoniam oportet ad pacem
coniungere ecclesias et hæreticorum risum abolere, sed et hebetem [se] facere super
his clauum diabolicæ malignitatis, paratos tamen ita in hoc inuenit, ut nullum
Ioh. 14, 27 laborem penitus sustineret. recordamur enim saluatorem dicentem pacem meam
do uobis, pacem relinquo uobis; edocti autem sumus et in orationibus dicere
Ies. 26, 12 domine deus noster, pacem da nobis; omnia enim reddidisti nobis, quo-
niam si quis particeps fuerit pacis quæ a domino datur, non indigebit omni bono.
3 quoniam uero omnino superflua et inoportuna ecclesiarum diuisio facta est, nunc magis
nobis est satisfactum, domino meo reuerentissimo Paulo episcopo chartam proferente
quæ inreprehensibilem continet fidei confessionem, et hanc a tua sanctitate compo-
sitam fide dicente et ab aliis reuerentissimis ibidem consitutis episcopis. habet
autem scriptura ita, sicut inserta est huic epistolæ meæ:

ep. 28, 2. 3 4 De genetrice autem dei uirgine quemadmodum et sapimus et dicimus, et de modo
incarnationis unigeniti filii dei necessario, non quasi in additamenti parte, sed in specie
satisfactionis, sicut ab initio tam ex diuinis scripturis quam ex traditione sanctorum

XXVIIII *Græce extat in V 127 S 89 A 114. desumpta est uersio ex Collectione T 72, raro tantum correcta. hac ipsa uersione utuntur Gesta Chalcedonensia* [Δ^k = *uersio antiqua*, Δ^r = *recensio Rustici*]

U, *S* [= *wr*]

6 *et* LXXVII *et* XXVIIII *adscr. w* 12 totam *S* 14 uirtutem *S* 15 partitur *S* 18 alexandria *U*Δ^{kr} alexandriam *S* domino *S* 22 sint *w*^{corr} 23 ea *om. S* affari *S* 25 persuadendo *w*^{corr} 26 se *om. T*Δ^{kr} 27 paratus *U* 35 ibidem *T*Δ^{kr} idem *US* 36 scriptura *T*Δ^{kr} scripturam *US*

patrum suscipientes habuimus, breuiter dicimus, nihil penitus addentes sanctæ fidei quæ a patribus in Nicæa est exposita. sicut enim anticipauimus dicentes, sufficit ad omnem pietatis cognitionem et abdicationem totius hæreticæ prauitatis. dicimus tamen, non quasi audentes aliquid contra inreprehensibilia, sed confitentes propriam infirmitatem, pro excludendis tamen his qui contra nos temptant adsurgere, quæ sunt supra hominem, cogitamus.

5 Confitemur etenim dominum nostrum Iesum Christum, filium dei unigenitum, deum perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula quidem ex patre natum secundum deitatem, in fine uero dierum eundem propter nos et propter nostram salutem de Maria uirgine secundum humanitatem, consubstantialem patri secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem. duarum enim naturarum unitio facta est, propter quod unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur. secundum hunc inconfusæ unitionis intellectum confitemur sanctam uirginem dei genetricem, propter quod deus uerbum incarnatus est et homo factus ex ipsa conceptione sibimet uniit templum quod ex ipsa suscepit. euangelicas uero et apostolicas de domino uoces scimus deiloquos uiros quasdam coniungentes tamquam in una persona, quasdam diuidentes tamquam in duabus naturis et diuiniores quidem atque altiores secundum deitatem Christi, humiliores autem secundum humanitatem eius tradentes.

6 His uestris relectis sacris uocibus, ita et nos sapere inuenientes (unus enim deus, Eph. 4, 5
una fides, unum baptisma), glorificauimus omnium saluatorem deum, alterutrum
congaudentes quoniam scripturis diuinitus inspiratis et traditioni sanctorum patrum
7 nostrorum consonantem fidem habent uestræ et nostræ ecclesiæ. quoniam uero
comperi quosdam uituperare solentium uesparum agrestium modo circumsonare et
malignos contra me sermones eructuare tamquam ex cælo depositum et non ex sancta
uirgine sanctum corpus Christi esse confitear, consideraui pauca pro hoc ad eos dicere.
o insensati et tantum calumniari docti, quemadmodum in hoc estis sensu lapsi et in
hanc tantam stultitiam languistis? oportebat enim, oportebat aperte intellegere
quoniam nobis pæne omne certamen de fide prouenit confirmantibus quoniam sancta
uirgo dei genetrix est. sed si de cælo et non ex ipsa sanctum corpus omnium nostrum
saluatoris Christi factum esse dicamus, quomodo iam intellegatur dei genetrix esse?
quem enim omnino peperit, nisi est uerum quod peperit secundum carnem Emmanuhel?
8 rideantur igitur hæc de me garrientes. nec enim beatus propheta Esaias mentitus
est dicens: ecce uirgo in utero habebit et pariet filium et uocabunt no- Ies. 7, 14
men eius Emmanuhel, quod est interpretatum nobiscum deus. uerum Mt. 1, 23
autem et sanctus Gabrihel ad beatam uirginem dicit: noli timere, Maria; inuenisti Lc. 1, 30. 31
enim gratiam apud deum et ecce concipies in utero et paries filium
et uocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluabit populum a peccatis
eorum. quando autem dicimus de cælo et de sursum dominum nostrum Iesum
Christum, non quasi de sursum et de cælo depositam eius sanctam carnem talia dicimus,
sed magis sequentes diuinum Paulum aperte clamantem: primus homo de terra 1 Cor. 15, 47
terrenus, secundus homo de cælo. meminimus autem et ipsum saluatorem
dicentem: nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit, filius ho- Ioh. 3, 13

U, S [= *wr*]
20 relictis *US*, *corr. wr* 22 traditiones *Uw* [traditionis *p*] traditionibus *r* 23 habent r^{corr} $T\Delta^{kr}$ habentes *US* 38 populum suum $T\Delta^{kr}$

minis, qui utique secundum carnem, sicut nuper dixi, ex sancta uirgine natus est.
Phil. 2, 7 quoniam uero de sursum et de cælo descendens deus uerbum exinaniuit semet
ipsum formam serui accipiens et nuncupatus est filius hominis, permanens
id quod erat, id est deus inconuertibilis et inmutabilis secundum propriam naturam,
tamen quia unus intellegitur cum propria carne, de cælo dicitur descendisse, nuncupatus est tamen et homo de cælo, perfectus in deitate et perfectus in humanitate et in
una persona intellegendus. unus enim dominus Iesus Christus, quamuis non ignoretur differentia naturarum, ex quibus inenarrabilem unitatem factam esse diximus.
9 eos autem qui dicunt quia commixtio uel confusio aut fermentatio dei uerbi facta est
ad carnem, dignetur tua sanctitas refrenare. suspicor enim et hoc de me aliquos
diuulgare quasi ita saperem aut prædicarem; ego autem tantum absum ab huiusmodi
Iac. 1, 17 sensu, ut et furere arbitrer eos qui suspicati sunt omnino quia mutationis adumbratio
circa naturam dei uerbi potest contingere. manet enim quod est, semper et non
mutatur neque mutabitur aliquando uel conuersionis est capax. inpassibilem autem
super hæc dei uerbum omnes confitemur, licet ipse sapientissime disponens mysterium
sibimet applicans uideatur accedentes carni propriæ passiones. ideo utique et
1 Petr. 4, 1 sapientissimus Petrus inquit Christo passo pro nobis carne et non natura inenarrabilis deitatis. ut enim ipse saluator esse omnium crederetur, secundum proprietatem dispensatiuam ad semet ipsum, ut dixi, carnis suæ refert passiones, quale
Ies. 50, 6 est et illud quod per prophetæ uocem tamquam ab ipso prædicitur: dorsum meum
dedi ad uerbera et maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non
10 auerti a fœditate sputorum. quoniam uero ubique sequimur sanctorum patrum sententias, maxime autem patris nostri beatissimi et opinabilis Athanasii, omnino in aliquo ab eo deuiare metuentes, tua quidem sanctitas credat, aliorum uero
ambigat nemo. apposuissem utique et testimonia multa eorum, ex ipsis mea uerba
confirmans, nisi prolixitatem meæ epistolæ timuissem ne forte per hoc fastidium legentibus generetur. nullo uero modo moueri ab aliquibus patimur fidem aut ipsum
fidei symbolum quod a sanctis patribus nostris in Nicæa conuenientibus illo tempore
definitum est, sed neque permittimus nobismet ipsis aut aliis unum mutare dictorum
Prou. 22, 28 ibidem positorum aut unam syllabam præterire; meminimus enim et dicentis noli
transgredi terminos æternos quos posuerunt patres tui. neque enim
loquebantur illi, sed spiritus dei patris, qui procedit quidem ex ipso, est autem et a
filio non alienus secundum unius essentiæ rationem. et ad hoc ipsum nos sanctorum
arcana docentium uerba confirmant. in Actibus namque apostolorum scriptum est:
Act. 16, 7 uenientes autem in Mœsiam, temptabant ire in Bithyniam, et non per-
Rom. 8, 8. 9 misit eos spiritus Iesu. scribit autem et admirabilis Paulus: qui autem
in carne sunt, deo placere non possunt; uos autem non estis in carne,
sed in spiritu, si quidem spiritus dei habitat in uobis. si quis autem
spiritum Christi non habet, hic non est eius. quando autem quidam
eorum qui recta peruertere solent, meas uoces in sibimet placitum mutant, non admiretur hoc tua sanctitas, sciens quoniam et omnes hæretici de scriptura diuinitus inspirata sui colligunt erroris occasiones, ea quæ a sancto spiritu recte dicta sunt, sua malitia corrumpentes et super sua capita flammam inextinguibilem haurientes.

32 nota spiritum sanctum a filio procedere sicut a patre w^{mg}

U, *S* [= *wr*]

14 inpassibile w^{corr} *r* 16 accidentes w^{corr} 20 prædicitur *T* prædicetur *US* 30 dicentis r^{corr} dicentes *US* 35 asiam *S*

11 Quoniam uero didicimus quod et epistolam opinabilis patris nostri Athanasii ad beatissimum Epictetum destinatam recte habentem corrumpentes quidam ediderunt, ut per hoc plurimi nocerentur, propterea utile aliquid et necessarium fratribus prouidentes ex antiquis exemplariis quæ apud nos sunt, nullum errorem habentibus tuæ sanctitati paria destinauimus.

EPISTOLA SCI XYSTI EPISCOPI CYRILLO ALEXANDRINO POST PACEM FACTAM INTER CYRILLVM ET IOHANNEM

XXX Xystus episcopus Cyrillo episcopo Alexandrino. Magna sumus lætitia alacritatis impleti, postquam, sicut legimus, ex alto nos Oriens uisitauit. ecce enim [Lc. 1, 78] sollicitis nobis, quia neminem perire uolumus, sanctitas tua redintegratum corpus ecclesiæ suis epistolis indicauit, redeuntibus eius in sua membra conpagibus; neminem foris iam uidemus errare, quia intus omnes positos fides una testatur. lætamur e medio nostrum qui hoc opus fecit, ablatum; soli sibi nunc non credenti quod sensit, [1 Cor. 5, 2] intellegit obfuisse, qui contra hunc nisus est, quem confitemur omnibus profuisse. sed conuenit a tristibus nos ad læta transire, quia ipse cui quæstio mota fuerat, de ecclesia uniuersali mærore sublato tempus nobis præstitit gaudiorum. Christus denique deus noster quam uera sit sua causa, monstrauit, quando ita res dignatus est gubernare, ut tantæ rei et talis indicium seruaret suorum conuentui sacerdotum. in unum congregati apostoli de fide sæpe tractarunt; in unum nunc conuenientes apostolici de eius uictoria gratulantur. o relatio digna mittente, digna conuentu! gaudii cælestis indicium tales habere debuit cognitores, et quia res et causa deposcit, locum quoque conuenit non taceri. ad beatum apostolum Petrum fraternitas uniuersa conuenit: ecce auditorium congruens auditoribus, conueniens audiendis. habuerunt coepiscopi nostri illum gratulationis testem, quem habemus honoris exordium. sanctæ namque et uenerabili synodo quam natalis mihi dies fauente domino congregarat, quia [d. 31. m. Iul. a. 433] sic credendum est, ipse præsedit, quando quidem probetur nec spiritu nec corpore defuisse. adfuit palmæ qui contentioni non defuit; iuuit animorum uota nostrorum qui uideret symbolo ⟨a⟩ se primo inter apostolos tradito derogari; non passus est ne- [Mt. 16, 16] fandum caput gaudere solaciis nec turbari diu siuit lutulento gurgite fontis illius perspicui puritatem. ad nos reuerterunt fratres, ad nos, inquam, qui morbum communi studio persequentes animarum curauimus sanitatem. non se exuli nostro sanctus frater noster Iohannes addiderat, non eius est blasphema prædicatione deceptus; nam quantum rerum exitus docet, suspendit suam sententiam, non negauit. nam quid in inuentorem malorum posset aliud iudicare nisi quod probatur ipse per sacerdotes suos, cuius agebatur causa, sentire? statuerat hoc nimirum de nostrorum desertore castrorum quod a ducibus fidei suaderet perfidia iudicari. numquam se a nostro numero separasset, in quem potuit et reuerti. exulta, frater carissime, et ad nos recollectis fratribus uictor exulta. quærebat ecclesia quos recepit. nam si neminem perire uolumus de pusillis, quanto magis gaudendum nobis est sanitate recto- [Mt. 18, 14]

XXX *JK 391*
Græce uersa adferuntur a Iustiniano in ep. adu. Theodor. [*PG 86*[1] *p. 1079*] 30 ad nos — 31 sanitatem, 37 exulta — 108, 3 multorum

U, *S* [= *wr*]
6 syxti *w* sixti *r* 8 syxtus *w* sixtus *r* 17 uere *S*, *corr. w* 18 indicium *in* iudicium *corr. w* 19 apostolici *uulgo* apostoli *US* 28 uideret *in* uiderat *corr. w* a *addidi* se *del. w* 30 reuersi sunt *S* 31 sanitatem *in* unitatem *corr. w* 39 sanitatem *S*, *corr. S*

Mt. 18, 13 rum? legimus una ouis quantum gaudii reportata præstiterit, et idcirco intellegen-
dum est quid laudis habeat tantos reuocasse pastores. greges aspiciuntur in singulis,
nec unius hic causa tractatur, quotiens agitur de sanitate multorum. lætamur hic
nihil egisse nos præcoquum, quando fructu nostræ patientiæ gratulamur. sustinuimus
Mt. 7, 16 fratres, certi eos non spinas, sed uuas esse facturos. in euidenti est nostrorum
uindemia gaudiorum, quæ sanctam synodum largitate gratulationis impleuit. uineam
Ps. 120, 3 suam custos ille curauit, quem ad custodiendam domum Israhel nec dormitare nec
Ioh. 15, 2 obdormire Dauid propheta testatur. infecundum illud in Christo nostro nec ad-
ferens fructum suscepit flamma sarmentum; sed ut hoc uidemus conuenire damnato,
Mt. 15, 13 ita de reuersis ad nos fratribus conuenit dici quia non potuit a diabolo eradicari plan-
tatio quam plantauerat pater. illum ergo sibi ignis æternus, hos possessoris æterni
uinea uindicauit, in tantum ut Antiochenæ ecclesiæ sacerdotem uocari a sanctitate
tua iam nunc uenerabilem uirum et domnum gaudeamus. et merito uocatur domnus
qui communem dominum recognouit, qui incarnationis eius uoce catholica nobiscum
mysterium confitetur. bene nobis breuiter tua fraternitas quæ sunt super eodem
negotio gesta, narrauit; sed mirati non sumus quod a dissentientibus in te compositam
legimus deiectionis iniuriam. nouimus frequenter patere calumniis ueritatem nec
tamen umquam posse falsitate superari. uotiuæ sunt semper fidem molestiæ prædi-
Mt. 5, 11. 12 canti. his namque cum beatitudine copiosa merces paratur in cælo, quibus propter
iustitiam maledictiones persecutiones et omne malum præcipitur sustinere. passus
es falsitatem, ut uictricem faceres ueritatem, et ideo nunc insultandum est falsitati, quia
nullus perire potuit ueritati. expectamus igitur memorati fratris nostri Iohannis
clericos et optamus uenire: scimus ei et pro honore et pro labore tuo dare responsum.
non es [ut], sicut fratri et coepiscopo nostro Maximiano sæpe iam scripsimus, etiam ipse
Ioh. 17, 11 redeuntibus difficilis aperire ianuam, ut uere, nisi perditionis filius, nemo sit perditus
sitque ei maior se causa lugendi, quod meruit solus excludi.

Hæc ad uenerationem tuam fraternitas mecum sancta scribit, probans tuos in
Mt. 11, 30 omnibus et confirmans labores, qui tamen graues aut amari non esse potuerunt, quia
huic inpensi sunt, cuius onus leue et iugum suaue portamus.

d. 17. m. Sept. a. 433 DAT XV KAL. OCTOBRIVM THEODOSIO XIIII ET MAXIMO CONSS

XXXI Xystus Iohanni episcopo Antiocheno. Si ecclesiastici corporis gloriam, si eius
integritatem dilectio tua considerare dignetur, profecto lætitiæ nostræ non quærit inter-
pretem. ipsæ namque euidentissime res locuntur mærorem nostrum repentino sancti
fratris nostri Cyrilli in gaudium sermone conuersum. hanc ergo sollicitudinem no-
stram nos euasisse delectat, postquam reo nostræ fidei tua fuit sanctitas plenitudo.
Mt. 7, 16 nunc se uere exulem, nunc se sentit eiectum; abundant ei in deserto spinæ, quia deest
uua quam colligat: hos habet fructus qui erga uineam domini nostram noluit exercere

---

12 Antiochenæ — 15 confitetur, 18 uotiuæ — 22 ueritati, 27—29 *Græce uersa adferuntur a Iustiniano l. c.*

XXXI *JK 392. respondet litteris Iohannis quæ extant in A 121*; *cf.* 109, 7. 8 *et* 109, 10. 11 *cum harum litterarum initio*: Ἐπὶ καλῶι τῆς οἰκουμένης πεπιστεύκαμέν σου τὴν ὁσιότητα τοῦ ἀποστολικοῦ ἐπιβεβηκέναι θρόνου· λαμπτῆρα ἔξουσιν αἱ πανταχοῦ γῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίαι, λαμπτῆρα οὐ τὴν Ἑσπέραν μόνην φωτίζοντα, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης

U, *S* [= *wr*]

24 es ut *US*, *ante* es *superscr.* negaturus *w*, *deleui* ut 30 consulibus *S* 31 syxtus *w*

culturam. credo, ad dilectionem tuam rerum cursus et ordo peruenerit qualiter ei [ep. 2] uoluimus nostra ammonitione succurrere: retinuimus in præceps euntem, qui erat blasphemiorum pondere in profunda mergendus. si negotii qualitatem iusta lance pensemus, nulli non uidebitur Nestorius sero damnatus. hic fuerit debitus sermo præteritis; fruamur nunc præsentibus bonis nec diu hæreamus in tristibus, quibus dominus gaudere concessit. audiuit uniuersa fraternitas, quæ ad natalis mei conuenerat diem, qualiter bono humani generis apostolicæ sedis me præsidem testeris. [d. 31. m. Iul. a. 433] excedas licet meritum meum et extra me hæc esse cognoscam, exordium tamen tui sermonis gratus accipio, quia non est tibi controuersia referenda, qui Christum dominum nostrum bono humani generis ita ut natus est, confiteris. subsequenter ecclesiæ addis luciferum et ubique lucentem, sed et nunc immo omnes qui lucis illius signum fronte gestamus, luciferos confitemur. sint ergo omnes fidem prædicantes domini sacerdotes luciferi et ubique lucentes. sit et Nestorius ille lucifer de quo scriptum est: cecidit lucifer, qui mane oriebatur. cecidit, sed superbiens; cecidit, sed elisus, [Ies. 14, 12-14] cum ascendere disponit in cælum et ponere super cæli sidera sedem suam et promittit altissimo similem se futurum. ille ad similitudinem se aptabat altissimi; iste in suam similitudinem uocabat altissimum. hominem namque natum eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis mysterium et illud euacuans, immo illud inpugnans, quo secundum symbolum fides et salus nostra subsistit. non est certandi iam tempus hoste prostrato, transeundum nobis ab his est quæ bella mouerunt; inportunum est uictoriæ tempore adhuc de prœliis disputare. quæ hic euidentior rerum fides, quæ ratio maior potest esse quam palma? fruamur auctore domino atque bono iucundo [Ps. 132, 1] quia in unum fratres rursus cœpimus habitare.

Hæc sanctitatem tuam uolumus prædicare quæ scribis. expertus es negotii præsentis euentu quid sit sentire nobiscum. beatus Petrus apostolus in successoribus suis quod accepit, hoc tradidit. quis ab eius se uelit separare doctrina, quem ipse inter apostolos primum magister edocuit? non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruxit: doctus est cum aliis ore doctoris; non scripturæ, non scriptorum passus est quæstionem. absolutam et simplicem fidem et quæ controuersiam non haberet, accepit, quam utique meditari semper et in qua manere debemus, ut sensu puro sequentes apostolos inter apostolicos esse mereamur. non parum nobis oneris, non laboris incumbit, ut ecclesiæ domini macula desit et ruga. quam super hoc esse [Eph. 5, 27] solliciti nos debeamus, clementissimorum et Christianissimorum regum cura testatur. aspice, frater carissime, cælesti negotio quam se uigilanter impenderint. cogitationum ferias nescierunt nec dignati sunt terrena curare, nisi cælestibus paruissent. quotiens apostolicam fidem, quotiens diuersos fratres eorum sermo commouit? impenderunt se eius negotio, qui se eorum numquam negauit imperio. sciunt se illi fenerare sollicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura. de qua re nos conuenit gloriari, quia cælestem regem uidemus fœderatos reges habere terrarum. in- [Ps. 2, 10] tellegunt, sicut ait Dauid, et eruditi sunt qui iudicant terram, quando, sicut dicit alibi, [Ps. 148, 11] ipsi et omnes populi laudant nomen domini. ergo quia una, sicut ait apostolus, fides [Eph. 4. 5]

41—110, 2 *Vinc. Lerin. common. 32* ait.. sanctus papa Xystus in epistula quam de causa Nestorii Antiocheno misit episcopo: ergo quia — turbetur

---

U, S [= *wr*]

5 praeteritis *scripsi* praeteritus *US* 7 præside *S* 12 fidem *w* fide *Ur* 17 sua similitudine *US* 19 se secundum *U* 23 uno *US*, *corr. Uw* 24 negotio *S*, *corr. w* 29 et[1] *S* sed *U* 33 nos *S* non *U* 40 ait *U* dicit *S*

est et uincenter optinuit, dicenda credamus et tenenda dicamus. nihil ultra liceat nouitati, quia nihil adici conuenit uetustati. dilucida et perspicua maiorum credulitas nulla cæni permixtione turbetur. habet probatum nobis uirum fratrem et coepiscopum nostrum Maximianum Constantinopolitana ecclesia sacerdotem diuino illic iudicio consecratum, ut ægritudinis morbum, quem astutiæ uenena solius infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens. qui non illic aliud quam credimus, poterit prædicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audiuit.

d. 17. m. Sept. a. 433 DAT XV KAL. OCTOBRIVM THEODOSIO XIIII ET MAXIMO CONS

EXPLIC SCA SYNODVS EPHESENA CVM EPISTOLIS AD SE PERTINENTIBVS

U, *S* [= *wr*]

1 uincenter *Vinc.* uincentes *US* uincens w^{corr} 2 delucida *Uw* 6 quam *S* umquam *U* 8 octimbrium *w* octymbrium *r* consulibus

INDICES

I
IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

Quae ex Graeco translata sunt et Graece extant, asterisco notaui

II
ADFERVNTVR

Locorum qui Graece extant, rationem non habui

III
INDEX NOMINVM

Locorum qui Græce extant, rationem non habui

IIII
NOMINA LOCORVM

Locorum qui Græce extant, rationem non habui

V
DIGNITATES IMPERII ET ECCLESIAE

βειαν] tuam 34, 30 *et sæpissime.* sanctorum [ἁγιωτάτων] et deo amabilium [θεοφιλεστάτων] episcoporum 76, 32. sanctissimo [ἁγιωτάτου] et deo amabili [θεοφιλεστάτου] archiepiscopo 84, 25. 102, 38. 103, 10. deoamantissime [θεοφιλέστατε] et sanctissime [ὁσιώτατε] 104, 4. uiris reuerentissimis [θεοσεβεστάτων] et deoamantissimis [θεοφιλεστάτων] episcopis 75, 14. honorabilem [τιμιωτάτου] 65, 18. dilectissime [ἀγαπητέ] et desiderantissime [ποθεινότατε] 88, 15.

clerici et omnes qui deuoti estis domino 17, 31

VI
INDEX VOCABVLORUM

abdicationem = ἀποκήρυξιν 103, 23. 105, 3
abolere = ἀφανίσαι 104, 26
abominabilem = μιαρωτάτην 86, 26
accidentibus = προσόντων 42, 15
acerbis = δειναῖς 86, 39. acerbiora = χαλεπώτερα 86, 26
adfectualem = σχετικήν 47, 40
adhuc = τέως 37, 12
adinueniens = ἐπινοῶν 82, 12
adiurantes = ὁρκίζοντες 76, 27
admirabilis = θεσπέσιος 106, 36
per adoptionem = θέσει 54, 30. 32
adoptiue = θέσει 54, 32
adornans = διακοσμήσας 55, 23
adsentimus = στοιχοῦμεν 66, 32
adserere = ἐμφανεῖς καταστῆσαι 82, 20. adserentibus = δηλωσάντων 82, 2
adsertio = διδασκαλία 68, 40
adunitionem = ἕνωσιν 38, 9
aemulatione = ζηλοτυπίας 102, 10
alacritate = προθυμίαι 102, 16. 35
alacriter = προθύμως 78, 38. 86, 6. 101, 24
alterutrum = ἀλλήλοις 105, 21
ambigimus = ἀμφιβάλλομεν 102, 28
ambiguitatem = ἀμφισβήτησιν 102, 2
antea = πάλαι 84, 42
anticipauimus = ἔφθημεν 105, 21
anxietatis = ἀδημονίας 101, 28. anxietate = ἀγῶσι 36, 36
aperte = σαφῶς 40, 4. 105, 28. 41. apertius = σαφῶς 40, 6; = σαφεστέρως 62, 20. aperte = ἐναργῶς 45, 28
apices = γράμμα 103, 7
apostolici 107, 19. 109, 31
applicans = προσνέμων 106, 16
atrociter = θρασέως 35, 6
adtestantem = διαμαρτυρομένην 42, 28. 38
auctoritas = αὐθεντία 64, 32. 43, 16. 47, 22. 50, 39. 61, 32. 65, 1. 5. 76, 36. 83, 14
aut certe = ἢ γοῦν 70, 1
blasphemium 9, 1. 10, 12. 93, 7. 94, 5. 8, 1. 101, 12. 109, 3
breuiloquii = βραχυλογίας 42, 4
cænulenta 5, 16
calumnia = συκοφαντίας 41, 23. 80, 30. 34
calumniari = συκοφαντεῖν 105, 27
capabilem = δεκτικήν 42, 39; = χωρητόν 56, 29
capax = δεκτική 106, 14. 54, 6
capitulariter = ἐν κεφαλαίωι 39, 23
causis = αἰτίαις 79, 14. causam = ὑπόθεσιν 32, 40
cautela = ἀσφαλείας 37, 29. 103, 12
celebrantes = ἐπιτελοῦντες 87, 38
censere = θεσπίσαι 66, 19
certamen = ἀγών 105, 29. 104, 24. certamina = ἄθλους 88, 5
certe = ἀμέλει 49, 5
certus sum = διάκειμαι 39, 15. certum = δῆλον 42, 25. certius = φανερώτερον 39, 35
cibamur = σιτούμενοι 63, 30
circumterminationem = περιορισμόν 47, 19
ciuitates = πόλεις 76, 17. 79, 13. sine ciuitatibus = ἀπόλιδες 86, 38. 87, 41
clauum = κέντρον 104, 27
clementia = φιλανθρωπία 55, 33
clericatu = κλήρου 69, 38, 70, 3
coaptatione = ἁρμονίαι 55, 23
codex = βιβλίον 37, 10. 31, 17. 45, 36. 53, 17. 21. 54, 1. 59, 2
coetus = συστροφήν 84, 42
coexistens = συνών 61, 3
cogitare = βουλεύσασθαι 36, 30. cogitantem = ἐνθυμούμενον 77, 42
collectiones = συνάξεις 37, 6. 52, 4
collegium = σύστημα 35, 27
conloqui = συντυχεῖν 34, 7. 78, 27
colloquio = συντυχίας 102, 23. 103, 2. 104, 24
commanet = μένει 81, 14
conmemorabo = ὑπομνήσω 37, 28. 33, 12
commendant = συνίστησιν 57, 25. 66, 26
commodans = χαριζόμενος 86, 4
conmortificant 13, 16
conpatiente = συμπαθοῦς 62, 36
compendiosam = σύντομον 41, 6. 57, 7
de compendio 95, 2
quæ conpetunt = τὰ εἰκότα 31, 12. conpetentibus = ἁρμοδίοις 64, 16
conplacitum = εὐδοκίαν 38, 6
comprehensionem = κατάληψιν 39, 25. 40, 7
compresserunt = ἐπέσχον 81, 17
conamen = ἐγχείρημα 78, 39
concilium = συνέδριον 82, 19. 85, 26. 32. 86, 3. 7. 87, 20

index translationum

res grammaticæ